

LE BRÉVIAIRE ROMAIN

PROPRE
DU
TEMPS

FASCICULE XIII

DU III^E DIMANCHE
D'AOÛT

AU SAMEDI

AVANT LE III^e DIMANCHE D'OCTOBRE

LABERGERIE
PARIS

III^e DIMANCHE D'AOUT

SEMI-DOUBLE

A Matines, Invitatoire *Dóminus qui fecit* et Hymne *Nocte surgentes* comme au Psautier, p. 2 pour tous les Dimanches jusqu'au 27 Septembre inclusivement. Les Homélie des Dimanches après la Pentecôte, pour le III^e Nocturne, les Répons VII et VIII, les Antiennes à *Bénédictus* et à *Magnificat* se trouvent après le Commun des Saints, pp. [549-626].

A Laudes, pour ce Dimanche et les autres Dimanches, jusqu'au 27 Septembre inclusivement, ont dit l'Hymne *Ecce jam noctis* comme au Psautier, p. 25.

AU I^{er} NOCTURNE

LEÇON I

Incipit liber
Sapiéntiæ

Commencement du livre
de la Sagesse

Chapitre I, I-II

[Pour acquérir la sagesse, fuyez le péché.]

DILIGITE justítiam, qui judicátis terram, sentíte de Dómino in bonítate et in simplicitáte cordis quærite illum; quóniam invenítur ab his qui non tentant illum, appáret autem eis qui fidem habent in illum. Perversæ enim cogitatiónes séparant a Deo, probáta autem virtus córripit insipiéntes; quóniam in malévolam ánimam non introíbit sapiéntia, nec habitábit in córpore súbdito peccátis.

AIMEZ la justice, vous qui jugez la terre; ayez le sentiment de la bonté du Seigneur et cherchez-le en simplicité de cœur; car il est trouvé par ceux qui ne le tentent pas, et il se manifeste à ceux qui ont confiance en lui. Car les pensées perverses séparent de Dieu, et la puissance (divine) mise à l'épreuve perd les insensés. Aussi la sagesse n'entrera pas dans une âme de mauvaise volonté et n'habitera pas dans un corps soumis au péché.

℞. In principio Deus antequam terram fáceret, priúsqvam abyssos constitúeret, priúsqvam producéret fontes aquárum, * Antequam montes collocaréntur, ante omnes colles generávit me Dóminus. †. Quando præparábat cælos, áderam, cum eo cuncta compónens. Antequam.

℞. Au commencement, avant que Dieu fit la terre, avant qu'il constituât les abîmes, avant qu'il fit jaillir les sources d'eau, * Avant qu'il donnât leur place aux montagnes, avant toutes les collines, le Seigneur m'a engendrée. †. Quand il préparait les cieus, j'étais là, disposant toutes choses avec lui. Avant.

LEÇON II

[L'Esprit-Saint pénètre tout.]

SPIRITUS enim sanctus disciplinæ effúgiet fictum et áuferet se a cogitationibus quæ sunt sine intellectu et corripíetur a superveniénte iniquitate. Benígnus est enim spíritus sapiéntiæ et non liberábit malédicum a lábiis suis; quóniam renum illíus testis est Deus et cordis illíus scrutátor est verus et linguæ ejus audítor: quóniam spíritus Dómini replévit orbem terrárum, et hoc quod cóntinet ómnia sciéntiam habet vocis. Propter hoc qui lóquitur iníqua non potest latere, nec præteriet illum corripíens júdicium.

CAR le saint Esprit de discipline fuira le déguisement, et il se retirera des pensées qui sont sans intelligence, et il disparaîtra sous l'iniquité qui surviendra. Car l'Esprit de sagesse est plein de bonté; cependant il ne libérera pas le médisant du mal de ses lèvres, parce que Dieu est témoin de son intérieur, et scrutateur de la vérité de son cœur, et il entend sa langue. C'est que l'esprit du Seigneur a rempli le globe de la terre, et lui, qui contient tout, a la connaissance de ce qui se dit. C'est pourquoi celui qui dit des choses iniques ne peut se cacher, et le jugement de la correction ne l'oublira pas.

℞. Gyrum cæli circuívi sola, et in flúctibus

℞. Du cercle du ciel, seule j'ai fait le tour, et sur

maris ambulávi, in omni gente et in omni pópulo primátum tenui : * Superbórum et sublímium colla própria virtúte calcávi. *ŷ.* Ego in altíssimis hábito, et thronus meus in colúmna nubis. Superbórum.

les flots de la mer j'ai marché ; sur toutes les races et tous les peuples, j'ai tenu la primauté. * J'ai foulé aux pieds, par ma puissance, le cou des superbes et des grands. *ŷ.* Moi j'habite au plus haut des cieux, et mon trône est sur une colonne de nuée. J'ai.

LEÇON III

[Le pécheur ne peut échapper au châtement.]

IN cogitatióibus enim ímpii interrogátio erit, sermónum autem illíus audítio ad Deum véniet ad correptiõem iniquitátum illíus ; quóniam auris zeli audit ómnia, et tumúltus murmuratiónum non abscondétur. Custodíte ergo vos a murmuratióne, quæ nihil prodést, et a detractiõe párcite linguæ, quóniam sermo obsúrus in vácuum non ibit, os autem quod mentítur occídít ánimam.

R. Emítte, Dómine, sapiéntiam de sede magnitúdinis tuæ, ut mecum sit et mecum labóret : * Ut sciam quid accéptum sit coram te omni témpore. *ŷ.* Da mihi, Dómine, sédium tuárum assistricem sapiéntiam. Ut. Glória Patri. Ut.

CAR l'impie sera interrogé sur ses pensées ; et l'audition de ses discours s'étendra jusqu'à Dieu, pour la correction de ses iniquités. Parce que l'oreille jalouse entend tout, et le tumulte des murmures ne lui sera pas caché. Gardez-vous donc du murmure qui ne sert à rien, et épargnez à votre langue la détraction, parce que la parole la plus secrète ne tombera pas dans le vide ; et la bouche qui ment tue l'âme.

R. Envoyez la sagesse, Seigneur, du siège de votre grandeur, pour qu'elle soit avec moi et travaille avec moi : * Pour que je sache en tout temps ce qui vous agréé. *ŷ.* Donnez-moi, Seigneur, la sagesse assistante de votre trône. Pour que. Gloire au Père. Pour que.

AU II^e NOCTURNE

LEÇON IV

Ex libro Officiórum
sancti Ambrósii
Epíscopi

Du livre des Offices
de saint Ambroise
Évêque

Livre I, chap. 28 et 29

[Éloge de la vertu de justice. Vertu sociale, freinée par notre avarice.]

MAGNUS justitiæ splendor, quæ aliis potius nata quam sibi, communitatem et societatem nostram adjuvat, excellentiam tenet, ut suo iudicio omnia subiecta habeat, opem aliis ferat, pecuniam conferat, officia non abnuat, pericula suscipiat aliena. Quis non cuperet hanc virtutis arcem tenere, nisi prima avaritia infirmaret atque inflecteret tantæ virtutis vigorem? Etenim dum augere opes, aggregare pecunias, occupare terras possessionibus cupimus, prestare divitiis; justitiæ formam exuimus, beneficentiam communem amittimus.

GRANDE est la splendeur de la justice qui, par nature, est une vertu plus utile aux autres qu'à soi-même; elle favorise notre vie commune en société; elle tient le premier rang pour soumettre toutes choses à son jugement, porter secours au prochain, bien disposer de l'argent, ne pas se refuser aux services qui lui incombent, et faire siens les périls des autres. Qui ne désirerait arriver à ce sommet de vertu, si l'avarice ne commençait tout d'abord à affaiblir et énerver la force d'une si haute vertu? Car en nous livrant à la passion d'augmenter nos biens, d'amasser de l'argent, d'étendre notre domaine terrestre, de l'emporter par nos richesses, nous dépouillons la beauté de la justice et nous perdons la bienfaisance envers tous.

R₇. Da mihi, Dómine, sédium tuárum assistri-

R₇. Donnez-moi, Seigneur, la sagesse assistante

cem sapiéntiam, et noli me reprobáre a púeris tuis : * Quóniam servus tuus sum ego, et fílius ancíllæ tuæ. ʘ. Mitte illam de sede magnítudinis tuæ, ut mecum sit et mecum labóret. Quóniam.

LEÇON V

[Vertu à exercer jusque dans la guerre.]

QUANTA autem justítia sit, ex hoc intélligi potest, quod nec locis, nec persónis, nec tempóribus excípitur, quæ étiam hóstibus reservátur : ut, si constitútus sit cum hoste aut locus aut dies prælio, advérsus justítiam putétur aut loco præveníre aut témpore. Interest enim utrum áliquis pugna áliqua et confíctu gravi capiátur, an superióre grátia, vel áliquo événtu. Si ergo in bello justítia valet, quanto magis in pace servánda est ?

ʘ. Inítium sapiéntiæ timor Dómini : * Inteléctus bonus ómnibus faciéntibus eum : laudátio ejus manet in sæculum sæculi.

de vos jugements, et ne me rejetez pas d'entre vos familiers : * Car je suis votre serviteur et le fils de votre servante. ʘ. Envoyez-la du siège de votre grandeur, pour qu'elle soit avec moi et travaille avec moi. Car.

COMBIEN est grande la vertu de justice, on peut s'en faire une idée, du fait qu'elle ne souffre exception ni de lieux, ni de temps, ni de personnes, et qu'on l'observe même à l'égard des ennemis. C'est ainsi qu'ayant fixé avec un adversaire un lieu et un jour pour livrer combat, on penserait manquer à la justice en devançant le lieu ou le temps. On traite de différente façon les prisonniers, selon qu'on les a pris dans un combat et un engagement difficiles, ou qu'ils nous ont été livrés par une faveur d'en haut ou par un heureux hasard. Si donc la justice prévaut jusque dans la guerre, combien plus doit-on l'observer dans la paix.

ʘ. Le commencement de la sagesse est la crainte du Seigneur : * Bien avisés sont tous ceux qui la pratiquent ;

ŷ. Diléctio illius custódia legum est : quia omnis sapiéntia timor Dómini. Intelléctus.

ŷ. L'amour de cette sagesse est la gardienne des lois : car toute sagesse a la crainte du Seigneur. Bien avisés.

LEÇON VI

[Vertu fondée sur la foi au Christ.]

FUNDAMENTUM ergo est justítiæ fides. Justórum enim corda meditántur fidem : et qui se justus accúsat, justítiam supra fidem cóllocat. Nam tunc justítia ejus appáret, si vera fateátur. Dénique et Dóminus per Isaíam : Ecce, inquit, mitto lápidem in fundaméntum Sion ; id est, Christum in fundaméntum Ecclésiæ. Fides enim ómnium Christus ; Ecclésia autem quædam forma justítiæ est, commune jus ómnium : in commune orat, in commune opérátur, in commune tentátur. Dénique qui seípsum sibi ábnegat, ipse justus, ipse dignus Christo est. Ideo et Paulus fundaméntum pósuit Christum, ut supra eum ópera justítiæ locarémus, quia fides fundaméntum est.

LE fondement de la justice c'est donc la foi, car les cœurs justes méditent la foi, et le juste qui s'accuse lui-même fonde la justice sur la foi ; car sa justice apparaît, s'il confesse la vérité. En outre, le Seigneur lui-même a dit par la bouche d'Isaïe : *Voici que je pose une pierre pour fondement à Sion*¹, c'est-à-dire le Christ, comme fondement de l'Église. Or le Christ est la foi² de tous, et l'Église est une certaine forme de justice, qui est le droit commun de tous ; elle est communauté de prières, communauté d'œuvres, communauté d'épreuves et de souffrances. Enfin, celui-là est juste, celui-là est digne du Christ, qui fait abnéga-tion de lui-même. C'est pourquoi saint Paul a posé le Christ comme le fondement sur lequel nous devons édifier les œuvres de justice, puisque la foi en est le fondement.

1. *Isaïe* 28, 16.

2. L'objet, la cause et la fin de notre foi.

17. Verbum iniquum et dolosum longe fac a me, Domine : * Divitias et paupertatem ne dederis mihi, sed tantum victui meo tribue necessaria. ʒ. Duo rogavi te, ne deneges mihi antequam moriar. Divitias. Gloria Patri. Divitias.

17. La parole d'iniquité et de ruse, éloignez-la de moi, Seigneur ; * Ne me donnez ni richesses ni pauvreté, mais seulement ce qui est nécessaire à ma vie. ʒ. Je vous ai demandé deux choses : ne me les refusez pas avant que je meure. Ne me. Gloire au Père. Ne me.

LUNDI

LEÇON I

De libro Sapiéntiæ

Du livre de la Sagesse

Chapitre 3, I-II

[Les justes, leur paix, leur espérance.]

JUSTORUM autem animæ in manu Dei sunt, et non tanget illos torméntum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori, et æstimáta est afflictio éxitus illórum, et quod a nobis est iter exterminium ; illi autem sunt in pace ; et si coram homínibus torménta passi sunt, spes illórum immortalitáte plena est. In paucis vexáti in multis bene disponéntur quóniam Deus tentávit eos et invénit illos dignos se. Tamquam aurum in fornáce probávit illos, et quasi holocáusti hóstiam accépit illos, et

MAIS les âmes des justes sont dans la main de Dieu, et le tourment de la mort ne les touchera pas. Ils ont paru mourir aux yeux des insensés, et leur sortie du monde a été estimée affliction, et leur séparation d'avec nous, une extermination ; mais eux sont dans la paix. Et si devant les hommes ils ont souffert des tourments, leur espérance est pleine d'immortalité. Après quelques tribulations, ils seront placés au milieu d'une abondance de biens, parce que Dieu les a éprouvés comme l'or dans la fournaise ; il

in tēpore erit respēctus illórum.

⌘. Ne derelínquas me, Dómine, pater et domínator vitæ meæ, ut non córruam in conspēctu adversariórum meórum : * Ne gáudeat de me inimícus meus. †. Apprehénde arma et scutum et exsúrge in adjutórium mihi. Ne gáudeat.

les a reçus comme une hostie d'holocauste, et le temps viendra où ils seront à l'honneur.

⌘. Ne m'abandonnez pas, Seigneur, père et maître de ma vie, pour que je ne tombe pas en présence de mes adversaires ; * De peur que mon ennemi ne se réjouisse à mon sujet. †. Saisissez les armes et le bouclier, et levez-vous à mon aide. De peur.

LEÇON II

[Leur gloire future, et le châtement des impies.]

FULGEBUNT justí et tamquam scintíllæ in arundinéto discúrrunt ; judicábunt nátiónes et dominabúntur pópulis, et regnábít Dóminus illórum in perpétuum. Qui confídunt in illo intélígent veritátem, et fidéles in dilectióne acquiescent illi, quóniam donum et pax est eléctis ejus. Impii autem, secúndum quæ cogitavérunt, correptiónem habébunt, qui neglexérunt justum et a Dómino recessérunt. Sapiéntiam enim et disciplínam qui ábjicit infélix est ; et vá-

LES justes brilleront, et s'en iront partout avec la rapidité des étincelles au milieu des roseaux. Ils jugeront les nations, et ils domineront les peuples, et leur Seigneur règnera à jamais. Ceux qui se confient en lui comprendront la vérité ; et ceux qui sont fidèles dans son amour lui demeureront attachés, parce que le don et la paix sont pour ses élus. Mais les impies, à proportion de leurs mauvais desseins, recevront un châtement, eux qui ont négligé ce qui est juste, et se sont retirés du Seigneur. Car celui qui rejette la sagesse et la discipline est malheureux ; vaine

cua est spes illórum, et labóres sine fructu, et inutilia ópera eórum.

᠙7. Magna enim sunt júdicia tua, Dómine, et inenarrabilia verba tua : * Magnificásti pópulum tuum et honorásti. †. Transulísti illos per Mare Rubrum et transvexisti eos per aquam nímiám. Magnificásti.

Aux Octaves et aux Fêtes simples : Glória Patri. Magnificásti.

LEÇON III

[Lutte finale des justes contre les impies.]

JUSTI autem in perpétuum vivent, et apud Dóminum est merces eórum et cogitatio illórum apud Altíssimum. Ideo accípiet regnum decóris et diadéma speciéi de manu Dómini ; quóniam dextera sua teget eos et bráchio sancto suo deféndet illos. Accípiet armatúram zelus illíus et armábit creatúram ad uliónem inimicórum. Induet pro thoráce justítiam et accípiet pro gálea júdicium certum, sumet scutum inexpugnabile æquitátem. Acuet autem duram iram

est leur espérance, leurs travaux sont sans fruit et leurs œuvres inutiles.

᠙7. Car vos jugements sont grands, Seigneur, et ineffables, vos décrets : * Vous avez magnifié et honoré votre peuple. †. Vous leur avez fait traverser la Mer Rouge et les avez portés à travers une masse d'eau. Vous avez magnifié.

QUANT aux justes, ils vivront éternellement ; auprès du Seigneur est leur récompense, et le Très-Haut en a souci. C'est pour cela qu'ils recevront le royaume d'honneur et le diadème de beauté, de la main du Seigneur, parce que de sa droite il les protégera, et de son bras saint il les défendra. Le zèle du juste prendra son armure, et il armera la créature pour se venger de ses ennemis ; il revêtra, pour cuirasse la justice, et pour casque un jugement sans hésitation ; il prendra pour bouclier inexpugnable l'équité ; mais il aiguisera son inflexible colère comme une lance, et

in lanceam, et pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos.

Ṛ. Quæ sunt in corde hominum, oculi tui vident, Dómine, et in libro tuo omnia scribentur : * Homo videt in fácie, Deus autem in corde. ṽ. Omnia enim corda scrutatur, et univèrsas méntium cogitationes intelligit. Homo. Glória Patri. Homo.

le globe de la terre combattra avec lui contre les insensés.

Ṛ. Ce qu'il y a dans le cœur des hommes, vos yeux le voient, Seigneur, et dans votre livre tout sera écrit : * L'homme voit sur le visage, mais Dieu voit dans le cœur. ṽ. Car tous les cœurs, il les scrute, et toutes les pensées des esprits, il les comprend. L'homme. Gloire au Père. L'homme.

MARDI LEÇON I

De libro Sapiéntiæ

Du livre de la Sagesse

Chapitre 6, 1-13

[Dieu demandera compte aux rois de la puissance qu'il leur a donnée].

MELIOR est sapiéntia quam vires, et vir prudens quam fortis. Audíte ergo, reges, et intelligite ; discite, júdices fínium terræ ; præbete aures, vos qui continétis multítudines et placétis vobis in turbis natiónum ; quóniam data est a Dómino potéstas vobis, et virtus ab Altíssimo, qui interrogábit ópera vestra et cogitationes scrutábuntur ; quóniam, cum essétis ministri regni illius, non recte judicástis nec custo-

MIEUX vaut la sagesse que les forces, et l'homme prudent que le courageux. Écoutez donc, rois, et comprenez ; instruisez-vous, juges des confins de la terre. Prêtez l'oreille, vous qui gouvernez des multitudes, et qui mettez votre complaisance dans les foules de vos nations ; parce que la puissance vous a été donnée par le Seigneur, et la force par le Très-Haut, qui interrogera vos œuvres et scrutera vos pensées ; parce qu'étant les ministres de son royaume, vous n'avez pas jugé, avec

dístis legem justitiæ neque secúndum voluntátem Dei ambulástis.

ꝛ. Præbe, fili, cor mihi, et óculi tui vias meas custódiant : * Ut addátur grátia cápiti tuo. ʒ. Atténde, fili mi, sapiéntiam meam et ad elóquium meum inclína aurem tuam. Ut.

droiture, vous n'avez pas gardé la loi de la justice, et vous n'avez pas marché selon la volonté de Dieu.

ꝛ. O mon fils, donne-moi ton cœur, et que tes yeux observent mes voies ; * Pour que la grâce s'accumule sur ta tête. ʒ. Sois attentif, mon fils, à ma sagesse et tends l'oreille à ma parole. Pour que.

LEÇON II

[Ils seront jugés sévèrement.]

HORRENDE et cito apparébit vobis, quóniam júdícium duríssimum his qui præsumunt fiet. Exíguo enim concéditur misericórdia ; poténtes autem poténter torménta patiéntur ; non enim súbtrahet persónam cújúsquam Deus nec verébitur magnitúdinem cújúsquam ; quóniam pusillum et magnum ipse fecit, et æquáliter cura est illi de ómnibus ; fortióribus autem fórtior instat cruciátio.

ꝛ. Inítium sapiéntiæ timor Dómini : * Intellectus bonus ómnibus faciéntibus eum : laudátio ejus manet in sæculum sæculi. ʒ. Diléctio illius

IL vous apparaîtra d'une manière effroyable et bientôt, parce qu'un jugement très rigoureux est réservé à ceux qui commandent. Car la miséricorde est accordée au petit ; mais les puissants seront puissamment tourmentés. Car Dieu ne fera d'exception pour personne, il ne craindra la grandeur de personne, parce que lui-même a fait les grands et les petits, et il a également soin de tous. Mais les plus forts sont menacés d'un plus fort supplice.

ꝛ. Le commencement de la sagesse est la crainte du Seigneur : * Bien avisés sont tous ceux qui la pratiquent ; sa gloire subsiste à jamais. ʒ. L'amour de

custódia legum est : quia omnis sapiéntia timor Dómini. Intelléctus.

cette sagesse est la gardienne des lois : car toute sagesse a la crainte du Seigneur. Bien avisés.

Aux Octaves et aux Fêtes simples : Glória Patri. Intelléctus.

LEÇON III

[Qu'ils écoutent les discours de la sagesse.]

AD vos ergo, reges, sunt hi sermónes mei, ut discátis sapiéntiam et non excidátis. Qui enim custodierint justa juste, justificabúntur et, qui didicerint ista, invénient quid respóndent. Concupíscente ergo sermónes meos, dilígite illos et habébitis disciplínam. Clara est et quæ numquam marcéscit sapiéntia et fáctile vidétur ab his qui dilígunt eam et invenítur ab his qui quærunt illam.

℞. Verbum iníquum et dolósum longe fac a me, Dómine : * Divítias et paupertátem ne déderis mihi, sed tantum víctui meo tribue necessária. √. Duo rogávi te, ne deneges mihi ántequam móriar. Divítias. Glória Patri. Divítias.

A vous donc, ô rois, s'adressent mes paroles, afin que vous appreniez la sagesse, et que vous ne tombiez pas. Car ceux qui auront observé en justice les choses justes seront justifiés, et ceux qui auront appris ceci trouveront de quoi répondre. Désirez donc ardemment mes paroles, aimez-les, et vous y aurez instruction. Elle est d'un éclat tel que jamais elle ne se flétrit, la sagesse : ils la voient facilement, ceux qui l'aiment, et ceux qui la cherchent, la trouvent.

℞. La parole d'iniquité et de ruse, éloignez-la de moi, Seigneur ; * Ne me donnez ni richesses ni pauvreté, mais seulement ce qui est nécessaire à ma vie. √. Je vous ai demandé deux choses : ne me les refusez pas avant que je meure. Ne me. Gloire. Ne me.

MERCREDI

LEÇON I

De libro Sapiéntiæ

Du livre de la Sagesse

Chapitre 7, I-14

[Originellement, je suis comme les autres hommes.]

SUM quidem et ego mortális homo símilis ómnibus et ex genere terréni illíus, qui prior factus est, et in ventre matris figurátus sum caro, decem mén-sium témpore coagulátus sum in ságuine ex sémine hóminis et delectaménto somni conveniénte ; et ego natus accépi commúnem áërem et in símiliter factam decídi terram et primam vocem símílem ómnibus emísi plorans ; in involuméntis nutritus sum et curis magnis. Nemo enim ex régibus áliud hábuit nativitátis inítium : unus ergo intróitus est ómnibus ad vitam et símilis éxitus.

17. Dómine, pater et Deus vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitátu maligno : extolléntiam oculórum meórum ne dederis mihi, et desidérium malignum avérte a me, Dómine ; aufer a me concupiscéntiam, * Et áni-

JE suis à la vérité, moi aussi, un homme mortel, semblable à tous, et de la race de cet homme de terre qui a été fait le premier, et dans le sein de ma mère j'ai été modelé chair. Pendant dix mois j'ai été formé d'un sang coagulé sous l'impulsion d'une semence humaine, avec le concours du repos du sommeil. Une fois né, j'ai respiré l'air commun ; je suis tombé sur la même terre et j'ai commencé de faire entendre ma voix comme tous les autres en pleurant. J'ai été nourri dans les langes et avec de grands soins. Car aucun roi n'a eu un autre commencement de naissance. Pour tous donc, même entrée dans la vie et même sortie.

17. Seigneur, père et Dieu de ma vie, ne m'abandonnez pas aux pensées mauvaises ; ne me donnez pas des regards altiers, et éloignez de moi le désir mauvais ; enlevez de moi la concupiscence, * Et ne me livrez pas à l'es-

mo irreverenti et infru-
nito ne tradas me, Dó-
mine. ̄. Ne derelinquas
me, Dómine, ne accrés-
cant ignorántiæ meæ, nec
multiplicéntur delicta
mea. Et.

LEÇON II

[J'ai préféré la sagesse à tout.]

PROPTER hoc optávi, et
datus est mihi sensus :
et invocávi, et venit in
me spíritus sapiéntiæ ;
et præpósui illam regnis
et sédibus et divítias nihil
esse duxi in compara-
tione illíus. Nec compa-
rávi illi lápidem pretiós-
sum, quóniam omne au-
rum in comparatione il-
líus aréna est exígua, et
tamquam lutum æstimá-
bitur argéntum in con-
spéctu illíus. Super salú-
tem et spéciem diléxi il-
lam et propósui pro luce
habére illam, quóniam
inexstinguibile est lumen
illíus.

̄. Magna enim sunt
judícia tua, Dómine, et
inenarrabilia verba tua :
* Magnificásti pópulum
tuum et honorásti. ̄.
Transtulísti illos per Mare
Rubrum et transvexisti
eos per aquam nímiã.
Magnificásti.

prit d'irrévérence et de
folie, Seigneur. ̄. Ne m'a-
bandonnez pas, Seigneur, et
que ne grandissent pas mes
ignorances, et ne se multi-
plient pas mes péchés. Et.

A CAUSE de cela j'ai eu un
grand désir, et le sens
(de la vie) m'a été donné :
j'ai invoqué (le Seigneur),
et l'esprit de sagesse est
venu en moi, et j'ai préféré
cette sagesse aux royaumes
et aux trônes, et j'ai jugé
que les richesses n'étaient
rien en comparaison d'elle ;
je ne lui ai point comparé
de pierre précieuse, parce
que tout, en comparaison
d'elle, est un peu de sable,
et que l'argent sera estimé
comme de la boue devant
elle. Je l'ai aimée plus que
la santé et la beauté ; je
me suis proposé de l'avoir
pour lumière, parce que sa
clarté ne peut pas s'éteindre.
̄. Car vos jugements sont
grands, Seigneur, et inef-
fables, vos décrets : * Vous
avez magnifié et honoré
votre peuple. ̄. Vous leur
avez fait traverser la Mer
Rouge, et les avez portés
à travers une masse d'eau.
Vous avez magnifié.

Aux Octaves et aux Fêtes simples : Glória Patri.
Magnificásti.

LEÇON III

[La sagesse m'a valu tous les autres biens.]

VENERUNT autem mihi ómnia bona páriter cum illa, et innumerábilis honéstas per manus illius ; et lætátus sum in ómnibus, quóniam antecédébat me ista sapiéntia, et ignorábam quóniam horum ómnium mater est. Quam sine fictióne dídici et sine invidia commúnico et honestátem illius non abscóndo. Infínitus enim thesáurus est homínibus ; quo qui usi sunt, partícipes facti sunt amicítia Dei, propter disciplínæ dona commendáti.

R̄. Quæ sunt in corde hóminum, óculi tui vident, Dómine, et in libro tuo ómnia scribéntur : * Homo videt in fácie, Deus autem in corde. †. Omnia enim corda scrutátur, et univérsas méntium cogitátiones intélligit. Homo. Glória Patri. Homo.

OR, tous les biens me sont venus ensemble avec elle, et des richesses innombrables par ses mains, et je me suis réjoui en tout, parce que cette sagesse marchait devant moi, et j'ignorais qu'elle était la mère de tous ces biens. Je l'ai apprise sans déguisement, et sans envie je la communique, et je ne cache pas ses richesses. Car elle est un trésor infini pour les hommes, et ceux qui en ont usé sont devenus participants à l'amitié de Dieu, recommandables par les dons de la discipline.

R̄. Ce qu'il y a dans le cœur des hommes, vos yeux le voient, Seigneur, et dans votre livre tout sera écrit : * L'homme voit sur le visage ; mais Dieu voit dans le cœur. †. Car tous les cœurs, il les scrute, et toutes les pensées des esprits, il les comprend. L'homme. Gloire. L'homme.

JEUDI
LEÇON I

De libro Sapiéntiæ

Du livre de la Sagesse

Chapitre 9, 13-19

[La sagesse dans l'histoire.

Introduction : la sagesse, contrepoids du corps.]

QUIS hóminum póterit scire consílium Dei? aut quis póterit cogitare quid velit Deus? Cogitationes enim mortálium tímidx, et incértæ providéntiæ nostræ; corpus enim quod corrúmpitur ággravat ánimam, et terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitántem. Et difficile æstimámus quæ in terra sunt, et quæ in prospéctu sunt invenimus cum labóre; quæ autem in cælis sunt quis investigábit? Sensum autem tuum quis sciet, nisi tu déderis sapiéntiam, et míseris Spíritum Sanctum tuum de altíssimis, et sic corréctæ sint sémitæ eórum qui sunt in terris, et quæ tibi placent didicerint hómines? Nam per sapiéntiam sanáti sunt quicumque placuerunt tibi, Dómine, a princípio.

QUI d'entre les hommes pourra savoir le dessein de Dieu? ou qui pourra deviner ce que Dieu veut? En effet, les pensées des mortels sont timides, et nos prévoyances incertaines. Car le corps qui se corrompt appesantit l'âme; et cette habitation terrestre abat l'esprit aux pensées multiples. Déjà nous comprenons difficilement les choses de la terre, et celles qui sont sous nos yeux, nous les trouvons avec peine. Mais celles qui sont dans les cieus, qui les découvrira? Et alors, votre sentiment, Seigneur, qui le connaîtra, si vous ne nous donnez vous-même la sagesse; et si vous n'envoyez votre Esprit-Saint du plus haut des cieus? C'est ainsi que seront redressées les voies de ceux qui sont sur la terre, et que les hommes apprendront ce qui vous plaît. Car c'est par la sagesse qu'ont été guéris tous ceux qui vous ont plu, Seigneur, dès le commencement.

ᚱ. In principio Deus antequam terram fáceret, priúsqvam abyssos constitúeret, priúsqvam prodúceret fontes aquárum, * Antequam montes collocaréntur, ante omnes colles generávit me Dóminus. ᚿ. Quando præparábat cælos, áderam, cum eo cuncta compónens. Antequam.

ᚱ. Au commencement, avant que Dieu fît la terre, avant qu'il constituât les abîmes, avant qu'il fît jaillir les sources d'eau, * Avant qu'il donnât leur place aux montagnes, avant toutes les collines, le Seigneur m'a engendrée. ᚿ. Quand il préparait les cieux j'étais là, disposant toutes choses avec lui. Avant.

LEÇON II

Chapitre 10, 1-9

[Adam. Caïn. Noé. Abraham.]

HÆC illum, qui primus formátus est a Deo pater orbis terrárum, cum solus esset créatus, custodívit et edúxit illum a delícto suo et dedit illi virtútem continéendi ómnia. Ab hac ut recéssit injústus in ira sua, per iram homicídií fratérni depériit. Propter quem, cum aqua deléret terram, sanávit íterum sapiéntia per contemptíbile lignum justum gubérnans. Hæc, et in consénsu nequítia cum se nátiónes contulíssent, scivit justum et

C'EST elle qui conserva celui qui fut formé le premier par Dieu, pour être le père du monde (humain), puisqu'il avait d'abord été créé seul ; c'est elle qui le tira de son péché et lui donna la force de gouverner toutes choses. Quand le pécheur, dans sa colère, se sépara d'elle, il périt par la fureur qui le rendit meurtrier de son frère. Lorsqu'à cause de lui, l'eau inonda la terre, le remède au mal vint encore de la sagesse qui conduisit le juste par un bois méprisable. C'est elle aussi qui, lorsque les nations, d'un commun accord, s'abandonnèrent au mal¹, dis-

1. C'est en tout temps que les mœurs se corrompent par l'accord tacite des mon-dains, cessant de se reprocher leurs désordres ou même s'encourageant mutuellement au péché.

conservávit sine queréla Deo et in filii misericórdia fortem custodívit.

᠙. Gyrum cæli circuívi sola, et in flúctibus maris ambulávi, in omni gente et in omni pópulo primátum ténui : * Superbórum et sublímium colla própria virtúte calcávi. ŷ. Ego in altíssimis hábito, et thronus meus in colúmna nubis. Superbórum.

cerna le juste, le rendit irréprochable devant Dieu, et le conserva fort contre sa tendresse pour son fils.

᠙. Du cercle du ciel, seule j'ai fait le tour, et sur les flots de la mer j'ai marché ; sur toutes les races et tous les peuples, j'ai tenu la primauté. * J'ai foulé aux pieds, par ma puissance, le cou des superbes et des grands. ŷ. Moi j'habite au plus haut des cieus, et mon trône est sur une colonne de nuée. J'ai.

Aux Octaves et aux Fêtes simples : Glória Patri. Superbórum.

LEÇON III

[Lot.]

HÆC justum a pereúntibus ímpiis liberávit fugiéntem, descendénte igne in Pentápolim, quibus in testimónium nequitiæ fumigabúnda constat desérta terra, et incérto témpore fructus habéntes árbores, et incredíbilis ánimæ memóriastans figméntum salis. Sapiéntiam enim prætereúntes non tantum in hoc lapsi sunt ut ignorárent bona, sed et insipiéntiæ suæ reliquérunthomíibus memoriám, ut in his quæ peccavérunt nec latére potuissent. Sapiéntia

C'EST elle qui délivra un juste fuyant du milieu des impies, qui allaient périr par le feu descendu sur la Pentapole. En témoignage de leur méchanceté, cette terre déserte est toujours fumante ; les arbres y portent des fruits dont le temps de maturité est incertain, et une statue de sel debout y garde le souvenir d'une âme incrédule. Ceux qui ont négligé la sagesse, non seulement sont tombés par là même dans l'ignorance du bien ; mais ils ont encore laissé aux hommes un souvenir de leur folie, pour

Fin de l'aperçu

La suite du livre est en qualité visuelle diminuée. Le livre est toutefois complet.

Pour une version entièrement en haute définition, il est possible de se procurer à prix abordable une édition papier du livre en visitant le site suivant :

canadienfrancais.org

Ce PDF peut être distribué librement. Détails à la dernière page.

autem hos qui se observant a dolóribus liberávit.

℞. Emítte, Dómine, sapiéntiam de sede magnitúdinis tuæ, ut mecum sit et mecum labóret : * Ut sciam quid accéptum sit coram te omni tēmpore. ʒ. Da mihi, Dómine, sédium tuárum as-sístrícem sapiéntiam. Ut. Glória Patri. Ut.

que leurs fautes ne puissent pas demeurer cachées. Mais la sagesse a délivré des douleurs ceux qui la révèrent.

℞. Envoyez la sagesse, Seigneur, du siège de votre grandeur, pour qu'elle soit avec moi et travaille avec moi : * Pour que je sache en tout temps ce qui vous agréé. ʒ. Donnez-moi, Seigneur, la sagesse assistante de votre trône. Pour que. Gloire au Père. Pour que.

VENDREDI

LEÇON I

De libro Sapiéntiæ

Du livre de la Sagesse

Chapitre 13, 1-10

[Vanité du culte des éléments de la nature.]

VANI autem sunt omnes hómines, in quibus non subest sciéntia Dei ; et de his, quæ vidéntur bona, non potuérunt intelligere eum qui est, neque opéribus attendentes agnovérunt quis esset ártifex ; sed aut ignem aut spíritum aut citátum áërem aut gyrum stellárum aut nímiám aquam aut solem et lunam rectóres orbis terrárum deos putavérunt. Quorum si spécie delectáti, deos putavérunt, sciant quanto his dominátor eórum spe-

Ainsi, vains sont tous les hommes en qui n'est pas la science de Dieu, qui, par les biens visibles, n'ont pu comprendre celui qui est, et n'ont pas su, en considérant ses œuvres, reconnaître leur ouvrier, mais ont pensé que le feu, ou le vent, ou l'air subtil, ou la sphère des étoiles, ou l'immensité des eaux, ou le soleil et la lune, étaient les dieux qui gouvernaient le globe de la terre. Si, ravis de leur beauté, il les ont crus des dieux, qu'ils sachent combien est plus

ciósior est ; speciéi enim generátor hæc ómnia constituit.

℞. Da mihi, Dómine, sédium tuárum assistricem sapiéntiam, et noli me reprobáre a púeris tuis : * Quóniam servus tuus sum ego, et fílius ancillæ tuæ. √. Mitte illam de sede magnítudinis tuæ, ut mecum sit et mecum labóret. Quóniam.

beau leur dominateur ; car c'est l'auteur de la beauté qui a établi toutes ces choses.

℞. Donnez-moi, Seigneur, la sagesse assistante de vos jugements, et ne me rejetez pas d'entre vos familiers : * Car je suis votre serviteur et le fils de votre servante. √. Envoyez-la du siège de votre grandeur, pour qu'elle soit avec moi et travaille avec moi. Car.

LEÇON II

[Des créatures, les hommes devraient s'élever au Créateur.]

AUT, si virtútem et ópera eórum miráti sunt, intélligant ab illis, quóniam qui hæc fecit, fórtior est illis ; a magnítudine enim speciéi et creatúræ cognoscibíliter póterit Créator horum vidéri. Sed tamen adhuc in his minor est queréla, et hi enim fortásse errant, Deum quæréntes et voléntes inveníre. Etenim, cum in opéribus illíus converséntur, inquírunt et persuásum habent quóniam bona sunt quæ vidéntur.

℞. Inítium sapiéntiæ timor Dómini : * Intellectus bonus ómnibus fa-

OU s'ils en ont admiré la puissance et les œuvres, qu'ils comprennent par là que celui qui les a faites est plus puissant qu'elles. Car par la grandeur de la beauté et des choses créées, on peut voir assez le Créateur pour le reconnaître. Et cependant ces hommes méritent moins de reproche ; car c'est peut-être en cherchant Dieu et en voulant le trouver qu'ils s'égarent. Car, comme ils vivent au milieu de ses œuvres, ils le cherchent et ils sont persuadés que les choses qui se voient sont bonnes.

℞. Le commencement de la sagesse est la crainte du Seigneur : * Bien avisés sont

ciéntibus eum : laudatio ejus manet in sæculum sæculi. ʘ. Diléctio illius custódia legum est : quia omnis sapiéntia timor Dómini. Intelléctus.

tous ceux qui la pratiquent ; sa gloire subsiste à jamais. ʘ. L'amour de cette sagesse est la gardienne des lois : car toute sagesse a la crainte du Seigneur. Bien avisés.

Aux Octaves et aux Fêtes simples : Glória Patri. Intelléctus.

LEÇON III

[Les adorateurs d'éléments sont moins coupables que les adorateurs d'idoles.]

ITERUM autem nec his debet ignósci. Si enim tantum potuerunt scire, ut possent æstimáre sæculum, quómo do hujus Dóminum non facílius invenérunt? Infelices autem sunt, et inter mórtuos spes illórum est, qui appellavérunt deos ópera mánuum hóminum, aurum et argéntum, artis inventiónem et similitúdines animálium aut lápidem inútilem opus manus antiquæ.

D'UN autre côté, on ne doit pas leur pardonner. Car s'ils ont eu assez de savoir pour apprécier le monde, comment n'ont-ils pas trouvé plus facilement le Seigneur? Mais voici les malheureux qui n'ont d'espérance que parmi les morts, ceux qui ont appelé dieux les ouvrages de mains d'hommes, l'or, l'argent, les inventions de l'art, des figures d'animaux, une pierre inutile, ouvrage d'une main antique.

ʘ. Verbum iníquum et dolósum longe fac a me, Dómine : * Divítias et paupertátem ne déderis mihi, sed tantum víctui meo tríbue necessária. ʘ. Duo rogávi te, ne déneges mihi ántequam móriar. Divítias. Glória Patri. Divítias.

ʘ. La parole d'iniquité et de ruse, éloignez-la de moi, Seigneur : * Ne me donnez ni richesses ni pauvreté mais seulement ce qui est nécessaire à ma vie. ʘ. Je vous ai demandé deux choses : ne me les refusez pas avant que je meure. Gloire. Ne me.

Aux Vêpres, à moins que le lendemain on ne doive dire l'Office d'une Fête à IX Leçons ou de quelque Octave ou Vigile, on fait Mémoire de la Sainte Vierge dont on dit l'Office le lendemain Samedi; ce qui s'observe tous les Samedis, sauf au Samedi des Quatre-Temps de Septembre.

SAMEDI

LEÇON I

De libro Sapiéntiæ

Du livre de la Sagesse

Chapitre 15, 1-8

[Israël est exempt d'idolâtrie.
La Providence nous entoure.]

TU autem, Deus noster, suavis et verus es, pater et in misericordia disponens omnia. Etenim, si peccaverimus, tui sumus, scientes magnitudinem tuam; et, si non peccaverimus, scimus quoniam apud te sumus computati. Nosse enim te, consummata justitia est, et scire justitiam et virtutem tuam, radix est immortalitatis.

17. Domine, pater et Deus vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu maligno: extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi, et desiderium malignum averte a me, Dó-

MAIS vous, notre Dieu, vous êtes doux et vrai, patient, et avec miséricorde disposant toutes choses. Car, si nous avons péché, nous sommes encore vôtres, connaissant votre grandeur, *mais nous ne pécherons pas*¹, sachant que nous avons été parmi les vôtres. Vous connaître, c'est une justice consommée; et savoir votre justice et votre force, c'est la racine de l'immortalité.

17. Seigneur, Père et Dieu de ma vie, ne m'abandonnez pas aux pensées mauvaises; ne me donnez pas des regards altiers, et éloignez de moi le désir mauvais; enlevez de moi la concupiscence, *

1. Les mots soulignés sont la traduction du grec. Le sens donné par la Vulgate: *et si nous ne péchons pas*, est moins clair.

mine ; aufer a me concupiscéntiam, * Et ánimo irreverénti et infruníto ne tradas me, Dómine. ̄. Ne derelinquas me, Dómine, ne accrésant ignorántiæ meæ, nec multiplicéntur delicta mea. Et.

LEÇON II

[Nous n'avons pas fabriqué d'idoles.]

NON enim in errórem indúxit nos hóminum malæ artis excogitátio, nec umbra pictúræ labor sine fructu, effígies sculpta per vários colóres, cujus aspéctus insensáto dat concupiscéntiam, et díligit mórtuæ imáginis effígiem sine ánima. Malórum amatóres digni sunt qui spem hábeant in tálibus, et qui fáciunt illos et qui díligunt et qui colunt.

̄. Magna enim sunt judícia tua, Dómine, et inenarrabilia verba tua : * Magnificásti pópulum tuum et honorásti. ̄. Transtulísti illos per Mare Rubrum et transvexísti eos per aquam nímiam. Magnificásti.

Aux Octaves et à l'Office de la Ste Vierge le Samedi : Glória Patri. Magnificásti.

Et ne me livrez pas à l'esprit d'irrévérence et de folie, Seigneur. ̄. Ne m'abandonnez pas, Seigneur ; et que ne grandissent pas mes ignorances et ne se multiplient pas mes péchés. Et.

AUSSI, ne nous ont-elles pas induits en erreur, les inventions de l'art funeste des hommes, ni par le vain travail des ombres de la peinture, ni par une figure sculptée, aux couleurs variées, dont l'aspect donne à un insensé de la passion, en sorte qu'il aime la représentation sans âme d'une image sans vie. Ceux qui aiment le mal sont dignes de mettre leur espérance en de tels dieux, aussi bien que ceux qui les font, et ceux qui les aiment, et ceux qui les adorent.

̄. Car vos jugements sont grands, Seigneur, et ineffables, vos décrets : * Vous avez magnifié et honoré votre peuple. ̄. Vous leur avez fait traverser la Mer Rouge et les avez portés à travers une masse d'eau. Vous avez magnifié.

LEÇON III

[Culpabilité des fabricants d'idoles.]

SED et figulus mollem terram premens laboriose fingit ad usus nostros unumquodque vas; et de eodem luto fingit, quæ munda sunt in usum vasa, et similiter quæ his sunt contraria; horum autem vasorum quis sit usus iudex est figulus. Et cum labore vano deum fingit de eodem luto ille, qui paulo ante de terra factus fuerat, et post pusillum reducit se unde acceptus est, repetitus animæ debitum quam habebat.

℞. Quæ sunt in corde hominum, oculi tui vident, Dómine, et in libro tuo omnia scribentur : * Homo videt in fácie, Deus autem in corde. †. Omnia enim corda scrutatur, et universas mentium cogitationes intelligit Homo. Glória Patri. Homo.

MAIS c'est le potier qui, pressant la terre molle, en forme par son travail, pour notre usage, un vase quelconque; c'est de la même argile qu'il forme les vases destinés soit à des usages honorables soit à de vils usages. Or, de ce que doit être l'usage de ces vases, c'est le potier qui est juge. Et, par un vain travail, il fait un dieu de cette même boue dont lui-même a été formé peu auparavant, lui qui, peu après, doit retourner là d'où il a été pris, lorsqu'on lui réclamera la dette de l'âme qu'il avait.

℞. Ce qu'il y a dans le cœur des hommes, vos yeux le voient, Seigneur, et dans votre livre tout sera écrit : * L'homme voit sur le visage, mais Dieu voit dans le cœur. †. Car tous les cœurs, il les scrute, et toutes les pensées des esprits, il les comprend. L'homme. Gloire au Père. L'homme.

AUX VÊPRES

†. Vespertina oratio ascendat ad te, Dómine. ℞. Et descendat super nos misericórdia tua.

†. Que la prière du soir monte vers vous, Seigneur. ℞. Et que descende sur nous votre miséricorde.

Ad Magnif. Ant. Sapiéntia * clámitat in plateís : Si quis díligit sapiéntiam, ad me declínet, et eam invéniet ; et, cum invénerit, beátus erit, si tenúerit eam.

A Magnif. Ant. La Sagesse crie sur les places : Si quelqu'un aime la sagesse, qu'il vienne à moi, et il la trouvera, et l'ayant trouvée, il sera bienheureux, s'il la garde.

Oraison du Dimanche occurrent.

IV^e DIMANCHE D'AOUT

SEMI-DOUBLE

AU I^{er} NOCTURNE

LEÇON I

Incipit liber
Ecclesiástici

Commencement du livre
de l'Ecclésiastique

Chapitre I, 1-16.

[Dieu, origine de la sagesse.]

OMNIS sapiéntia a Dómino Deo est et cum illo fuit semper et est ante ævum Arénam maris et plúviæ guttas et dies sæculi quis dinumerávit? Altitúdinem cæli et latitúdinem terræ et profúndum abyssi quis diménsus est? Sapiéntiam Dei præcedéntem ómnia quis investigávit? Prior ómnium creáta est sapiéntia, et intelléctus prudéntiæ ab ævo. Fons sapiéntiæ Verbum Dei in excélsis, et ingrèssus illíus mandáta æterna.

TOUTE sagesse vient du Seigneur Dieu ; et avec lui elle a toujours été ; et elle est avant les siècles. Le sable de la mer, et les gouttes de pluie, et les jours du monde, qui les a comptés ? La hauteur du ciel, et l'étendue de la terre, et la profondeur de l'abîme, qui les a mesurées ? La sagesse de Dieu, laquelle précède toutes choses, qui l'a pénétrée ? Avant toutes choses a été créée la sagesse, et l'intelligence de la prudence existe dès l'origine. La source de la sagesse est le Verbe de Dieu dans les cieux, et elle marche selon les commandements éternels.

℞. In principio Deus antequam terram fáceret, priúsqvam abyssos constitúeret, priúsqvam producéret fontes aquárum, * Antequam montes collocaréntur, ante omnes colles generávit me Dóminus. √. Quando præparábat cælos, áderam, cum eo cuncta compónens. Antequam.

℞. Au commencement, avant que Dieu fît la terre, avant qu'il constituât les abîmes, avant qu'il fît jaillir les sources d'eau, * Avant qu'il donnât leur place aux montagnes, avant toutes les collines, le Seigneur m'a engendrée. √. Quand il préparait les cieux j'étais là, disposant toutes choses avec lui. Avant.

LEÇON II

[Diffusion de la sagesse à partir de Dieu.]

RADIX sapiéntiæ cui reveláta est? et astútias illíus quis agnóvit? Disciplína sapiéntiæ cui reveláta est et manifestáta? et multiplicatiónem ingrésus illíus quis intelléxit? Unus est altíssimus, Créátor omnípotens et Rex potens et metuendus nimis, sedens super thronum illíus et dóminans, Deus. Ipse creávit illam in Spíritu Sancto et vidit et dinumerávit et mensus est. Et effúdit illam super ómnia ópera sua et super omnem carnem secúndum datum suum et præbuit illam diligéntibus se.

LA racine de la sagesse, à qui a-t-elle été révélée, et ses habiletés, qui les a connues? La conduite de la sagesse, à qui a-t-elle été révélée et manifestée? et la multiplicité de ses voies, qui l'a comprise? Un seul a ce privilège, le Très-Haut et tout-puissant Créateur, roi puissant et infiniment redoutable, assis sur son trône, Dieu dominateur. C'est lui qui l'a créée dans l'Esprit-Saint, l'a vue, l'a nombrée et mesurée. Et il l'a répandue sur toutes ses œuvres et sur toute chair, à la mesure de ce qu'il voulait en donner; or, il l'a donnée à ceux qui l'aiment.

℞. Gyrum cæli circuívi sola, et in flúctibus maris ambulávi, in omni gente et in omni pópulo

℞. Du cercle du ciel, seule j'ai fait le tour, et sur les flots de la mer j'ai marché; sur toutes les races et

primátum ténui : * Superbórum et sublímiū colla própria virtúte calcávi. ̄. Ego in altíssimis hábito, et thronus meus in colúmna nubis. Superbórum.

tous les peuples, j'ai tenu la primauté. * J'ai foulé aux pieds, par ma puissance, le cou des superbes et des grands. ̄. Moi j'habite au plus haut des cieux, et mon trône est sur une colonne de nuée. J'ai.

LEÇON III

[La crainte de Dieu est le commencement de la sagesse.]

TIMOR Dómini glória et gloriátio et lætítia et coróna exsultatiónis. Timor Dómini delectábit cor et dabit lætítiam et gáudium et longitúdinem diérum. Timénti Dóminum bene erit in extrémis et in die defunctiúnis suæ benedicétur. Diléctio Dei honorábilis sapiéntia; quibus autem apparúerit in visu díligunt eam in visióne et in agnitíone magnálium suórum. Inítium sapiéntiæ timor Dómini et cum fidélibus in vulva concreátus est.

̄. Emítte, Dómine, sapiéntiam de sede magnitúdinis tuæ, ut mecum sit et mecum labóret : * Ut

LA crainte du Seigneur est une gloire, un sujet de se glorifier, une joie et une couronne d'exultation. La crainte du Seigneur fera les délices du cœur; elle donnera l'allégresse, la joie et de longs jours. A celui qui craint le Seigneur, bons seront ses derniers moments, et au jour de son décès, il sera béni. L'amour de Dieu est une sagesse digne d'être honorée. Ceux à qui elle se découvre, l'aiment dès qu'ils l'ont vue et ont connu ses merveilles. La crainte du Seigneur est le commencement de la sagesse; elle est créée avec les hommes fidèles, dès le sein de leur mère.

̄. Envoyez la sagesse, Seigneur, du siège de votre grandeur, pour qu'elle soit avec moi et travaille avec

1. La crainte du Seigneur dont parle souvent l'Ecclésiastique n'est pas la crainte servile, mais la crainte filiale et révérentielle de l'enfant du Père céleste, comme on le voit par les caractères qu'il lui assigne dans cette Leçon III.

sciam quid accéptum sit coram te omni témpore. *ŷ.* Da mihi, Dómine, sédium tuárum assistricem sapiéntiam. Ut. Glória Patri. Ut.

moi : * Pour que je sache en tout temps ce qui vous agréé. *ŷ.* Donnez-moi, Seigneur, la sagesse assistante de votre trône. Pour que Gloire au Père. Pour que

AU II^e NOCTURNE

LEÇON IV

Ex libro Morálium sancti Gregórii Papæ

Du livre des Morales de saint Grégoire Pape

Livre I, chap. 10, sur le chap. I de Job

[Il en est qui se contentent des biens de ce monde.]

SUNT nonnúlli qui vitam suam negligunt et, dum transitória appetunt, dum ætérna vel non intélligunt, vel intellécta contémnunt, nec dolórem sentiunt, nec habére consílium sciunt ; cumque supérna, quæ amisérunt, non considérant, esse se (heu míseri) in bonis felices putant. Nequáquam enim ad veritátis lucem, cui cónditi fúerant, mentis óculos érigunt ; nequáquam ad contemplatió-nem pátriæ ætérnæ desidérii áciem tendunt ; sed semetípsos in his, ad quæ projécti sunt, deseréntes, vice pátriæ diligunt exsíl-ium quod patiúntur, et in

IL y en a quelques-uns qui négligent de réformer leur vie. Dans leur désir passionné des biens qui passent, dans leur inintelligence des biens éternels ou le mépris de ce qu'ils en connaissent, ils ne souffrent pas de leur état et sont incapables d'un bon dessein. Sans considération des biens d'en haut qu'ils ont perdus, ils se croient heureux, pauvres gens, de posséder ceux d'ici-bas. Jamais ils n'élèvent le regard de leur esprit vers la lumière de la vérité pour laquelle ils ont été formés ; jamais ils ne tendent la pointe de leur désir vers la contemplation de l'éternelle patrie. S'abandonnant aux jouissances où ils se sont jetés, ils aiment, au lieu de leur patrie, l'exil

cæcitate quam tólerant, quasi in claritate lúminis exsúltant.

Ὶ. Da mihi, Dómine, sédium tuárum assistí-
cem sapiéntiam, et noli
me reprobáre a púeris
tuis : * Quóniam servus
tuus sum ego, et filius an-
cillæ tuæ. Ὶ. Mitte illam
de sede magnítudinis tuæ,
ut mecum sit et mecum
labóret. Quóniam.

qui fait leur souffrance ; dans leur aveuglement dont ils s'accrochent, ils exultent comme s'ils étaient dans la clarté de la lumière.

Ὶ. Donnez-moi, Seigneur, la sagesse assistante de vos jugements, et ne me rejetez pas d'entre vos familiers : * Car je suis votre serviteur et le fils de votre servante. Ὶ. Envoyez-la du siège de votre grandeur, pour qu'elle soit avec moi et travaille avec moi. Car.

LEÇON V

[L'élú espère le ciel et méprise la terre.]

AT contra, electórum mentes, dum transitoria cuncta nulla esse conspíciunt, ad quæ sint conditæ exquirunt : cumque eórum satisfactióni nihil extra Deum súfficit, ipsa inquisitionis exercitátione fatigáta illórum cogitátio, in Conditóris sui spe et contemplatióne requiescit, supérnis intérsari civibus appetit ; et unusquisque eórum adhuc in mundo córpore pósitus, mente tamen extra mundum surgit : ærúnam exsílíi, quam tólerat, deplórat, et ad sublímem

DE toute puissance, la vie est courte. Une maladie trop longue fatigue le médecin ; c'est (seulement) l'indisposition passagère que le médecin supprime. C'est ainsi que tel est roi aujourd'hui qui demain mourra ¹. Et quand l'homme est mort, il a en partage les serpents, les bêtes et les vers. L'orgueil de l'homme commence, quand il se détourne de Dieu, quand son cœur se retire de son créateur, parce que le commencement de tout péché est l'orgueil. Celui qui s'y attache sera accablé de malédictions, et son orgueil le perdra à jamais. C'est pourquoi le Seigneur a couvert de honte les assemblées des méchants, et il les a détruites à jamais.

R. Verbum iníquum et dolósum longe fac a me,

R. La parole d'iniquité et de ruse, éloignez-la de

1. Les deux versets font corps. Le roi a beau avoir des médecins, sa vie sera courte comme celle des autres hommes.

Dómine : * Divítias et paupertátem ne déderis mihi, sed tantum víctui meo tribue necessária. ʘ. Duo rogávi te, ne déneges mihi ántequam móriar. Divítias. Glória Patri. Divítias.

moi, Seigneur * Ne me donnez ni richesses ni pauvreté, mais seulement ce qui est nécessaire à ma vie. ʘ. Je vous ai demandé deux choses : ne me les refusez pas avant que je meure. Ne me. Gloire au Père. Ne me.

MERCREDI
LEÇON I

De libro
Ecclesiástici

Du livre
de l'Ecclésiastique

Chapitre 13, 1-6

[Danger du commerce avec l'orgueilleux.]

QUI tetígerit picem, inquinábitur ab ea; et, qui comunicáverit supérbo, índuet supérbiam. Pondus super se tollet qui honestióri se commúnicat, et ditióri te ne sócius fúeris. Quid comunicábit cácabus ad ollam? quando enim se colliserint, confringétur. Dives ínjuste egit et fremet, pauper autem læsus tacébit. Si largítus fúeris, assúmet te, et, si non habúeris, derelinquet te. Si habes, convívet tecum et evacuábit te, et ipse non dolébit super te.

QUI touchera la poix se souillera, et qui se liera avec le superbe se revêtira d'orgueil. Il s'impose un fardeau, celui qui se lie avec un plus noble que lui. D'un plus riche que toi, ne sois point le compagnon. Comment associer le pot de terre et le pot de fer? Quand ils se heurteront, le pot de terre sera brisé. Le riche, en commettant l'injustice, frémit d'indignation, le pauvre, offensé, se tait¹. Si tu lui donnes, il t'accueillera; si tu n'as rien, il t'abandonnera. Si tu as du bien, il vivra avec toi, il te dépouillera et n'aura nul souci de toi.

1. Le riche se donne des airs d'offensé pour justifier son iniquité, tandis que le pauvre se tait pour ne pas provoquer une nouvelle injure.

Ry. Dómine, pater et Deus vitæ meæ, ne derelínquas me in cogitátu maligno : extolléntiam oculórum meórum ne dederis mihi, et desidérium malignum avérte a me, Dómine ; aufer a me concupiscéntiam, * Et ánimo irreverénti et infruníto ne tradas me, Dómine. †. Ne derelínquas me, Dómine, ne accréscent ignorántiæ meæ, nec multiplicéntur delícta mea. Et.

Ry. Seigneur, père et Dieu de ma vie, ne m'abandonnez pas aux pensées mauvaises ; ne me donnez pas des regards altiers, et éloignez de moi le désir mauvais ; enlevez de moi la concupiscence, * Et ne me livrez pas à l'esprit d'irrévérence et de folie, Seigneur. †. Ne m'abandonnez pas, Seigneur, et que ne grandissent pas mes ignorances et ne se multiplient pas mes péchés. Et.

LEÇON II

Ibid., 9-22

[Devant les puissants, garde tes distances.]

HUMILIARE Deo et exspecta manus ejus ; atténde, ne sedúctus in stultítiam humiliéris. Noli esse húmilis in sapiéntia tua, ne humiliátus in stultítiam seducáris. Advocátus a potentióre discéde, ex hoc enim magis te advocábit. Ne ímprobus sis, ne impingáris, et ne longe sis ab eo, ne eas in obliuónem. Ne retíneas ex æquo loqui cum illo nec credas multis verbis illíus ; ex multa enim loquéla tentábit te et subrídens interrogábit te de abscónditis tuis. Immítis áni-

HUMILIE-TOI devant Dieu et attends son secours. Prends garde que, séduit, tu ne t'abaisses jusqu'à la folie. N'aie pas le respect humain de ta sagesse ¹, de peur que cet abaissement ne t'entraîne à la sottise. Appelé par un puissant, retire-toi ; il t'invitera avec plus d'instances. Ne sois pas importun, de peur d'être repoussé ; ne t'éloigne pas, de peur d'être oublié. Ne t'avise pas de parler d'égal à égal avec lui, et ne te fie pas à ses nombreuses paroles ; car par son flux de paroles, il te tentera, et, souriant, il

1. Littéralement : Ne t'humilie pas dans ta sagesse.

mus illius conservabit verba tua et non parces de malitia et de vinculis.

R. Magna enim sunt iudicia tua, Dómine, et inenarrabilia verba tua : * Magnificásti pópulum tuum et honorásti. V. Transulísti illos per Mare Rubrum et transvexísti eos per aquam nímiám. Magnificásti.

Aux Octaves et aux Fêtes simples : Glória Patri. Magnificásti.

LEÇON III

[Aime ton prochain, mais sans t'unir à l'impie.]

CAVE tibi et attends diligenter audítui tuo, quóniam cum subversióne tua ámbulas ; áudiens vero illa quasi in somnis vide et vigilábis. Omni vita tua dilige Deum et ínvoça illum in salúte tua. Omne ánimal diligit símile sibi, sic et omnis homo próximum sibi ; omnis caro ad símilem sibi conjungétur, et omnis homo símili sui sociábitur. Si comunicábit lupus agno aliquándo, sic peccátor justo. Quæ comunicatio sancto hómini ad canem ?

t'interrogera sur tes secrets. Son esprit impitoyable conservera tes paroles ; et il ne t'épargnera ni les coups ni les chaînes.

R. Car vos jugements sont grands, Seigneur, et ineffables, vos décrets : * Vous avez magnifié et honoré votre peuple. V. Vous leur avez fait traverser la Mer Rouge, et les avez portés à travers une masse d'eau. Vous avez magnifié.

PRENDS garde à toi et fais bien attention à ce que tu entends, car tu marches avec ta ruine. Considère ces paroles comme des songes, et veille¹. Toute ta vie aime Dieu et invoque-le pour ton salut. Toute créature vivante aime son semblable, et tout homme, son prochain. Toute chair s'unit selon son espèce, et tout homme s'associe à son semblable. Si le loup s'alliait un jour avec l'agneau, ainsi serait l'union du pécheur et du juste. Quelle vie commune un homme

1. Il s'agit toujours de la fréquentation du puissant dont on doit se garder et tenir pour vaines les promesses.

aut quæ pars diviti ad páuperem?

saint peut-il avoir avec un chien? et quelle liaison un riche peut-il avoir avec un pauvre?

ꝛ. Quæ sunt in corde hóminum, óculi tui vident, Dómine, et in libro tuo ómnia scribéntur : * Homo videt in fácie, Deus autem in corde. †. Omnia enim corda scrutátur, et univérsas méntium cogitátiones intélligit. Homo. Glória Patri. Homo.

ꝛ. Ce qu'il y a dans le cœur des hommes, vos yeux le voient, Seigneur, et dans votre livre tout sera écrit : * L'homme voit sur le visage, mais Dieu voit dans le cœur. †. Car tous les cœurs, il les scrute, et toutes les pensées des esprits, il les comprend. L'homme. Gloire au Père. L'homme.

JEUDI
LEÇON I

De libro
Ecclesiástici

Du livre
de l'Ecclésiastique

Chapitre 14, 1-17

[Opposition de l'homme en paix
et de l'homme tourmenté par les richesses.]

BEATUS vir, qui non est lapsus verbo ex ore suo et non est stimulátus in tristítia delícti; felix qui non hábuit ánimi sui tristítiam et non éxcidit a spe sua. Viro cúpido et tenáci sine ratióne est substántia, et hómini lívido ad quid aurum? Qui acérvat ex ánimo suo injúste áliis cóngregat, et in bonis illíus álius luxuriábitur. Qui sibi nequam est, cui álii bonus erit? et

HEUREUX l'homme qui n'a pas péché par les paroles de sa bouche, et qui n'est pas tourmenté par le remords du péché! Heureux qui n'a pas éprouvé la tristesse de l'âme et qui n'a pas perdu son espérance! A l'homme cupide et avare, inutile est la richesse. Que sert l'or à l'homme envieux? Celui qui amasse injustement en se privant amasse pour d'autres; avec les biens de cet avare, un autre se livrera à la débauche. Mauvais à lui-même, pour

non jucundabitur in bonis suis.

᠙7. In principio Deus antequam terram faceret, priusquam abyssos constitueret, priusquam produceret fontes aquarum, * Antequam montes collocarentur, ante omnes colles generavit me Dominus. ᶜ. Quando præparabat cælos, aëderam, cum eo cuncta componens. Antequam.

qui sera-t-il bon? Il ne jouira pas de ses biens.

᠙7. Au commencement, avant que Dieu fit la terre, avant qu'il constituât les abîmes, avant qu'il fit jaillir les sources d'eau, * Avant qu'il donnât leur place aux montagnes, avant toutes les collines, le Seigneur m'a engendrée. ᶜ. Quand il préparait les cieux, j'étais là, disposant toutes choses avec lui. Avant.

LEÇON II

[Misère de l'avarice.]

QUI sibi invidet, nihil est illo nequius, et hæc redditió est malitiæ illius; et, si bene fecerit, ignoranter et non volens facit et in novissimo manifestat malitiam suam. Nequam est óculus lívidi et avértens faciém suam et despiciens ánimam suam. Insatiables óculus cúpidi in parte iniquitátis non satiabitur, donec consumat arefaciens ánimam suam. Oculus malus ad mala et non satiabitur pane, sed indigens et in tristitia erit super mensam suam.

IL n'y a rien de pire que celui qui s'envie lui-même ¹, et c'est la peine de sa malice. S'il fait du bien, c'est par oubli et involontairement; et il finit par manifester sa malice. L'envieux ² a l'œil mauvais; il détourne sa face et méprise son âme. L'œil de l'avare n'est pas rassasié par une portion d'iniquité; il ne sera pas satisfait, tant qu'il n'aura pas desséché et consumé son âme. L'œil mauvais est tourné vers le mal et il ne mangera pas du pain à son appétit; mais il sera affamé et triste à sa propre table.

1. Qui regrette les dépenses qu'il doit faire pour son entretien.

2. Il semble bien que cet envieux soit encore l'avare, toujours envieux de plus de richesse et qui en arrive à leur sacrifier sa propre vie.

᠙. Gyrum cæli circuívi sola, et fluctibus maris ambulávi, in omni gente et in omni pópulo primátum ténui : * Superbórum et sublímium colla própria virtúte calcávi. ḡ. Ego in altíssimis hábito, et thronus meus in colúmna nubis. Superbórum.

᠙. Du cercle du ciel, seule j'ai fait le tour, et sur les flots de la mer j'ai marché ; sur toutes les races et tous les peuples, j'ai tenu la primauté. * J'ai foulé aux pieds par ma puissance le cou des superbes et des grands. ḡ. Moi, j'habite au plus haut des cieus, et mon trône est sur une colonne de nuée.

Aux Octaves et aux Fêtes simples : Glória. Superbórum.

LEÇON III

[Bon usage des richesses.]

FILI, si habes, benefac tecum et Deo dignas oblatiões offer. Memor esto quóniam mors non tardat, et testaméntum inferórum, quia demonstrátum est tibi ; testaméntum enim hujus mundi morte moriétur. Ante mortem benefac amico tuo et secúndum vires tuas expórrigens da páuperi. Non defraudéris a die bono, et partícula boni doni non te prætéreat. Nonne áliis relínques dolóres et labóres tuos in divisióne sortis? Da et áccipe et justífica ánimam tuam : ante óbitum tuum operáre justítiam ; quóniam non est apud íferos inveníre cibum.

MON fils, si tu possèdes, fais-toi du bien, et à Dieu offre de dignes oblations. Souviens-toi que la mort ne tarde point et que la loi du schéol t'a été révélée ; car c'est une loi de ce monde, qu'il faut mourir. Avant la mort, fais du bien à ton ami ; selon tes moyens, étends la main et donne au pauvre. Ne te prive pas d'un jour de fête ; ne laisse échapper aucune parcelle de don précieux. N'est-ce pas à d'autres que tu laisseras le fruit de tes peines et de tes travaux, qu'ils se partageront par tirage au sort? Donne, et reçois, et justifie ton âme. Avant ta mort, pratique la justice ; car il n'y a pas à trouver de nourriture aux enfers.

℞. Emítte, Dómine, sapiéntiam de sede magnitúdinis tuæ, ut mecum sit et mecum labóret : * Ut sciam quid accéptum sit coram te omni témpore. ŷ. Da mihi, Dómine, sédium tuárum assistricem sapiéntiam. Ut. Glória Patri. Ut.

℞. Envoyez la sagesse, Seigneur, du siège de votre grandeur, pour qu'elle soit avec moi et travaille avec moi : * Pour que je sache en tout temps ce qui vous agrée. ŷ. Donnez-moi, Seigneur, la sagesse assistante de votre trône. Pour que. Gloire au Père. Pour que.

VENDREDI
LEÇON I

De libro
Ecclesiástici

Du livre
de l'Ecclésiastique

Chapitre 21, 1-16

[Fuis le péché.]

FILI, peccásti? non adjicias íterum, sed et de prístinis deprecáre, ut tibi dimittántur. Quasi a fácie cólubri fuge peccáta et, si accésseris ad illa, suscipient te. Dentes leónis dentes ejus interficiéntes ánimas hóminum, quasi rhomphæa bis acúta omnis iníquitas, plagæ illius non est sánitas. Objurgátio et injúriæ annullábunt substántiam, et domus quæ nimis lócuples est, annullábitur supérbia : sic substántia supérbi eradícabitur.

℞. Da mihi, Dómine, sédium tuárum assistri-

MON fils, as-tu péché? ne recommence plus; mais prie que tes fautes passées te soient pardonnées. Fuis le péché comme le serpent; car si tu en approches, il te saisira. Dents de lion sont ses dents, qui tuent les âmes des hommes. Toute iniquité est comme une épée à deux tranchants; sa plaie est incurable. L'outrage et les violences anéantiront les richesses, et la maison trop riche sera anéantie par l'orgueil; de même la richesse de l'orgueilleux sera détruite jusqu'à la racine.

℞. Donnez-moi, Seigneur, la sagesse assistante de vos

cem sapiéntiam, et noli me reprobáre a púeris tuis : * Quóniam servus tuus sum ego, et filius ancillæ tuæ. ŷ. Mitte illam de sede magnitúdinis tuæ, ut mecum sit et mecum labóret. Quóniam.

jugements, et ne me rejetez pas d'entre vos familiers : * Car je suis votre serviteur, et le fils de votre servante. ŷ. Envoyez-la du siège de votre grandeur, pour qu'elle soit avec moi et travaille avec moi. Car.

LEÇON II

[L'oppression passera.]

DEPRECATIO paúperis ex ore usque ad aures ejus pervéniet, et judícium festináto advéniet illi. Qui odit correptiónem, vestígium est peccatóris ; et, qui timet Deum, convertétur ad cor suum. Notus a longe potens lingua audáci, et sensátus scit labi se ab ipso. Qui ædíficat domum suam impéndiis aliénis, quasi qui cólígit lápides suos in híeme. Stuppa collécta synagóga peccántium, et consummátio illórum flamma ignis.

Ⓡ. Inítium sapiéntiæ timor Dómini : * Intellectus bonus ómnibus faciéntibus eum : laudátio ejus manet in sæculum sæculi. ŷ. Diléctio illius

LA supplication du pauvre montera de sa bouche jusqu'aux oreilles du riche ; mais le jugement soudainement viendra sur lui¹. Celui qui hait la correction suit la trace du pécheur ; celui qui craint Dieu rentrera en son cœur. L'homme puissant par l'audace de sa langue est connu au loin, mais l'homme sensé sait lui échapper. Celui qui bâtit sa maison avec l'argent d'autrui, est comme celui qui assemble ses pierres en hiver. C'est un amas d'étoffe, l'assemblée des pécheurs ; elle finira par le feu.

Ⓡ. Le commencement de la sagesse est la crainte du Seigneur. * Bien avisés sont tous ceux qui la pratiquent ; sa gloire subsiste à jamais. L'amour de cette

1. Sur le riche qui aura fermé son cœur à la prière du pauvre, que ses oreilles auront entendues.

custódia legum est : quia omnis sapiéntia timor Dómini. Intelléctus.

sagesse est la gardienne des lois : car toute sagesse a la crainte du Seigneur. Bien avisés.

Aux Octaves et aux Fêtes simples : Glória Patri. Intelléctus.

LEÇON III

[Le manque de sagesse, la fausse sagesse et la vraie.]

VIA peccántium complanáta lapídibus, et in fine illórum ínferi et ténébræ et pœnæ. Qui custódit justítiam continébit sensum ejus. Consummátio timóris Dei sapiéntia et sensus. Non erudiétur qui non est sápiens in bono ; est autem sapiéntia quæ abúndat in malo, et non est sensus ubi est amaritúdo. Sciéntia sapiéntis tamquam inundátio abundábit, et consílium illíus sicut fons vitæ pérmanet.

LA vie des pécheurs est une route bien empierrée ; mais à son extrémité sont les enfers, et ses ténèbres et ses peines. Celui qui garde la justice en comprendra le sens. L'achèvement de la crainte de Dieu est la sagesse et l'intelligence. Il ne sera jamais instruit, celui qui n'est pas sage dans le bien. Mais il est une sagesse qui abonde dans le mal ; et il n'y a pas de sens où est l'amertume. La science du sage se répandra comme une eau qui déborde, et son conseil demeure comme source de vie.

℞. Verbum iníquum et dolósum longe fac a me, Dómine : * Divítias et paupertátem ne déderis mihi, sed tantum víctui meo tríbue necessária. Ÿ. Duo rogávi te, ne déneges mihi ántequam móriar. Divítias. Glória Patri. Divítias.

℞. La parole d'iniquité et de ruse, éloignez-la de moi, Seigneur ; * Ne me donnez ni richesses ni pauvreté, mais seulement ce qui est nécessaire à ma vie. Ÿ. Je vous ai demandé deux choses : ne me les refusez pas avant que je meure. Ne me. Gloire au Père. Ne me.

SAMEDI
LEÇON I

De libro
Ecclesiástici

Du livre
de l'Ecclésiastique

Chapitre 32, 1-17

[Conduite dans les repas. 1^o simplicité de celui qui préside. 2^o discrétion du vieillard.]

RECTOREM te posuérunt?
noli extólli : esto in
illis quasi unus ex ipsis.
Curam illórum habe et sic
consíde et omni cura tua
explicíta recúmbe, ut læ-
térís propter illos et orna-
mémentum grátíæ accípías
corónam, et dignatiónem
consequáris corrogatiónis.
Lóquere, major natu ;
decet enim te primum ver-
bum diligénti sciéntia, et
non impédías músicam.

☩. Dómine, pater et
Deus vitæ meæ, ne derelín-
quas me in cogitátu malí-
gno : extolléntiam oculó-
rum meórum ne déderis
mihi, et desidérium malí-
gnum avérte a me, Dómi-
ne ; aufer a me concu-
piscéntiam, * Et ánimo
irreverénti et infruníto ne
tradas me, Dómine. †.
Ne derelínquas me, Dó-
mine, ne accréscent igno-
rántiæ meæ, nec multi-
plicéntur delícta mea. Et.

ON t'a fait président
(d'un festin)? Ne t'é-
lève pas ; sois au milieu
des convives comme l'un
d'eux. Aie soin d'eux et
ensuite assieds-toi. Ton office
terminé, mets-toi à table,
afin de te réjouir à cause
d'eux et de recevoir la
couronne comme un orne-
ment de grâce, et d'obtenir
la reconnaissance des invi-
tés. Parle, vieillard, car la
première parole te convient ;
mais avec une exacte sagesse
et sans empêcher la musique.

☩. Seigneur, père et Dieu
de ma vie, ne m'abandonnez
pas aux pensées mauvaises ;
ne me donnez pas des regards
altiers, et éloignez de moi
le désir mauvais ; enlevez
de moi la concupiscence,
* Et ne me livrez pas à l'es-
prit d'irrévérence et de
folie, Seigneur. †. Ne m'a-
bandonnez pas, Seigneur,
et que ne grandissent pas
mes ignorances et ne se
multiplient pas mes péchés.
Et.

LEÇON II

[Discrétion du vieillard (suite) ; discrétion du jeune homme.]

UBI audítus non est, non affúndas sermónem et importúne noli extólli in sapiéntia tua. Gémmula carbúnculi in ornáménto auri, et comparátio musicórum in convívio vini ; sicut in fabricatióne auri signum est smarágdi, sic númerus musicórum in jucúndo et moderáto vino. Audi tacens, et pro reveréntia accédet tibi bona grátia. Adoléscens, lóquere in tua causa vix. Si bis interrogátus fúeris, hábeat caput respónsum tuum.

R. Magna enim sunt judícia tua, Dómine, et inenarrabilia verba tua : * Magnificásti pópulum tuum et honorásti. *ŷ.* Transtulísti illos per Mare Rubrum et transvexísti eos per aquam nímiám. Magnificásti.

Aux Octaves simples et à l'Office de la Sainte Vierge, le Samedi : Glória Patri. Magnificásti.

LEÇON III

IN multis esto quasi inscius et audi tacens simul et quærens. In médio

OU l'on n'écoute point, ne te répands pas en discours, et ne t'élève pas à contre-temps dans ta sagesse. Une petite pierre d'escarboucle enchâssée dans de l'or, tel un concert dans un repas où l'on boit du vin. Un cachet d'émeraude dans une garniture d'or, telle une douce mélodie, avec un vin agréable et modéré. Écoute en silence, et ta retenue te conciliera la faveur. Jeune homme, parle à peine dans ta propre cause. Si tu es interrogé deux fois, que ta réponse s'en tienne au principal.

R. Car vos jugements sont grands, Seigneur, et ineffables, vos décrets : * Vous avez magnifié et honoré votre peuple. *ŷ.* Vous leur avez fait traverser la Mer Rouge, et les avez portés à travers une masse d'eau. Vous avez magnifié.

EN beaucoup de choses, fais comme si tu ignorais, et écoute en silence,

magnatórum non præ-súmas et, ubi sunt senes, non multum loquáris. Ante grándinem præíbit coruscátio, et ante verecúndiam præíbit grátia, et pro reveréntia accédet tibi bona grátia. Et hora surgéndi non te trices, præcúrre autem prior in domum tuam et illic avocáre et illic lude et age concepiónes tuas et non in delíctis et verbo superbo ; et super his ómnibus benedícto Dóminum, qui fecit te, et inebriántem te ab ómnibus bonis suis.

℞. Quæ sunt in corde hóminum, óculi tui vident, Dómine, et in libro tuo ómnia scribéntur : * Homo videt in fácie, Deus autem in corde. √. Omnia enim corda scrutátur, et univérsas méntium cogitációnes intélligit. Homo. Glória Patri. Homo.

en cherchant à apprendre. Au milieu des grands, n'aie pas d'audace, et où il y a des vieillards ne parle pas beaucoup. L'éclair précède la grêle, et la modestie précède la faveur ; ta réserve te vaudra la bonne grâce. Quand l'heure de se lever sera venue, ne t'attarde point, mais cours le premier dans ta maison, et là, divertis-toi¹, amuse-toi, fais tes fantaisies, toutefois sans péché et sans parole superbe. Dans toutes ces choses, bénis le Seigneur qui t'a fait, et qui t'a enivré de tous ses biens.

℞. Ce qu'il y a dans le cœur des hommes, vos yeux le voient, Seigneur, et dans votre livre tout sera écrit : * L'homme voit sur le visage, mais Dieu voit dans le cœur. √. Car tous les cœurs, il les scrute, et toutes les pensées des esprits, il les comprend. L'homme. Gloire au Père. L'homme.

A VÊPRES

√. Vespertína orátio ascéndat ad te, Dómine. ℞. Et descéndat super nos misericórdia tua.

√. Que la prière du soir monte vers vous, Seigneur. ℞. Et que descende sur nous votre miséricorde.

1. On n'est en liberté que chez soi, où l'on doit se hâter de rentrer.

Ad Magnif. Ant. Cum audísset Job * nuntiórum verba, sustínuit patiénter, et ait : Si bona suscépi-mus de manu Dómini, mala autem quare non sustineámus? In ómnibus his non peccávit Job lábiis suis, neque stultum áli-quid contra Deum locúsus est.

A Magnif. Ant. Lorsque Job eut entendu les paroles des messagers, il les supporta avec patience et dit : « Si nous avons reçu les biens de la main de Dieu, pour-quoi n'en recevrons-nous pas les maux? » En toutes ces choses, Job ne pécha point par ses lèvres, et il ne dit rien d'insensé contre Dieu.

Oraison du Dimanche occurrent.

**1^{er} DIMANCHE DE SEPTEMBRE
SEMI-DOUBLE**

AU 1^{er} NOCTURNE

**Incipit
liber Job**

**Commencement
du livre de Job**

Chapitre I, I-II

[Richesse de Job.]

VIR erat in terra Hus nó-mine Job, et erat vir ille simplex et rectus ac timens Deum et recédens a malo. Natique sunt ei septem filii et tres filiaë. Et fuit possessio ejus sep-tem millia óvium et tria millia camelórum, quin-génta quoque juga boum et quingéntæ ásinæ ac famí-lia multa nimis : erátque vir ille magnus inter om-nes Orientales.

¶. Si bona suscépi-mus de manu Dei, mala autem

IL y avait au pays de Hus un homme du nom de Job ; cet homme était in-tègre, droit, craignant Dieu et se détournant du mal. Il lui naquit sept fils et trois filles. Il possédait sept mille brebis, trois mille chameaux, cinq cents paires de bœufs, cinq cents ânesses et un très grand nombre de domestiques ; et cet homme était grand parmi tous les fils de l'Orient.

¶. Si nous avons reçu les biens de la main de

quare non sustineámus? *
 Dóminus dedit, Dóminus
 abstulit; sicut Dómino
 plácuít, ita factum est : sit
 nomen Dómini benedíc-
 tum. ʘ. Nudus egréssus
 sum de útero matris meæ
 et nudus revértar illuc.
 Dóminus.

LEÇON II

[Sa crainte de Dieu.]

ET ibant filii ejus et faciébant convívium per domos, unusquisque in die suo. Et mitténtes vocábant tres soróres suas, ut coméderent et bíberent cum eis. Cumque in orbem transissent dies convívii, mittébat ad eos Job et sanctificábat illos, consurgénsque dilúculo offerébat holocáusta pro singulis; dicébat enim : Ne forte peccáverint filii mei et benedíxerint Deo in córdibus suis. Sic faciébat Job cunctis diébus.

ʘ. Antequam cómedam suspíro, et tamquam inundántes aquæ sic rugítus meus; quia timor, quem timébam, événit mihi, et quod verébar áccidit. Nonne dissimulávi? nonne sílui? nonne quié-

Dieu, pourquoi n'en recevriions-nous pas les maux?
 * Le Seigneur a donné, le Seigneur a ôté; comme il a plu au Seigneur, ainsi en est-il advenu : que le nom du Seigneur soit béni! ʘ. Je suis sorti nu du sein de ma mère, et nu j'y retournerai. Le Seigneur.

ET ses fils avaient coutume d'aller les uns chez les autres, chacun à son tour, faire un festin; et ils envoyaient inviter leurs trois sœurs à manger et à boire avec eux. Lorsque les jours du festin étaient passés, Job envoyait mander ses enfants et il les sanctifiait; puis, se levant au point du jour, il offrait des holocaustes pour chacun d'eux, car il disait : « Peut-être mes enfants ont-ils péché et ont-ils renié Dieu dans leur cœur. » Ainsi faisait Job chaque fois.

ʘ. Avant de manger je soupire, et comme un bruit d'inondation, ainsi mon gémissement. Ce que je craignais m'est arrivé, ce que je redoutais a fondu sur moi. N'ai-je point gardé la réserve, le silence, le

vi? * Et venit super me indignatio. ꝑ. Ecce non est auxilium mihi in me, et necessarij quoque mei recesserunt a me. Et.

calme? * Et l'indignation est venue sur moi. ꝑ. Je suis dénué de tout secours, mes amis eux-mêmes se sont retirés de moi. Et.

LEÇON III

[Satan demande que Dieu l'éprouve.]

QUADAM autem die, cum venissent filii Dei ut assisterent coram Domino, affuit inter eos etiam Satan. Cui dixit Dominus : Unde venis? Qui respondens ait : Circuivi terram et perambulavi eam. Dixitque Dominus ad eum : Numquid considerasti servum meum Job, quod non sit ei similis in terra, homo simplex et rectus ac timens Deum et recedens a malo? Cui respondens Satan ait : Numquid Job frustra timet Deum? nonne tu valuisti eum ac domum ejus, universamque substantiam per circuitum operibus manuum ejus benedixisti, et possessio ejus crevit in terra? Sed extende paululum manum tuam et tange cuncta quæ possidet, nisi in faciem benedixerit tibi.

R. Quare detraxistis sermonibus veritatis? ad increpandum verba componitis et subvertere nit-

OR un jour les fils de Dieu vinrent se présenter devant le Seigneur, et Satan se trouva aussi au milieu d'eux. Le Seigneur lui dit : « D'où viens-tu? » Satan répondit et dit : « De rôder sur la terre et d'y circuler. » Le Seigneur lui demanda encore : « As-tu considéré mon serviteur Job? Il n'y a personne comme lui sur la terre ; homme intègre, droit, craignant Dieu et s'éloignant du mal. » Satan répondit et dit : « Est-ce gratuitement que Job craint le Seigneur? N'avez-vous pas mis un rempart autour de lui, de sa maison et de tous ses biens? N'avez-vous pas béni les œuvres de ses mains, et ses biens n'ont-ils pas surabondé dans le pays? Mais étendez un peu votre main et touchez tout ce qu'il possède, sans qu'il vous maudisse en face! »

R. Pourquoi blâmez-vous des paroles de vérité? Vous forgez des phrases de reproches, et vous vous effor-

mini amicum vestrum : *
Verúm tamen quæ cogi-
tástis, expléte. ŷ. Quod
justum est, judicáte ; et
non inveniétis in lingua
mea iniquitátem. Verúm-
tamen. Glória Patri. Ve-
rúm tamen.

cez de réduire à rien votre
ami : * Achevez donc de
réaliser vos pensées. ŷ. Ju-
gez selon la justice, et vous
ne trouverez pas d'iniquité
sur ma langue. Achevez donc.
Gloire au Père. Achevez
donc.

AU II^e NOCTURNE

LEÇON IV

Ex libro Morálium
sancti Gregórii Papæ

Du livre des Morales
de saint Grégoire Pape

Livre 2, chap. 1

[Les personnages de l'Écriture nous enseignent la vertu.]

SCRIPURA sacra mentis
óculis quasi quoddam
spéculum oppónitur, ut
intérna nostra fácies in
ipsa videátur. Ibi étenim
fœda, ibi pulchra nostra
cognóscimus : ibi sen-
tímus quantum profici-
mus, ibi a proféctu quam
longe distámus. Narrat
autem gesta Sanctórum,
et ad imitationem corda
próvocat infirmórum ;
dumque illórum victricia
facta commémorat, contra
vitiórum prælia, debília
nostra confirmat : fitque
verbis illius, ut eo mens
minus inter certámina tré-
pidet, quo ante se pósitos
tot virórum fórtium tri-
úmpos videt.

LA Sainte Écriture est
mise sous les yeux de
notre âme comme un mi-
roir, afin que notre visage
intérieur s'y réfléchisse. Là,
en effet, nous voyons soit
nos laideurs soit nos beautés ;
nous constatons soit combien
nous avançons, soit com-
bien nous sommes loin
d'avancer. L'Écriture ra-
conte les gestes des saints
et provoque les cœurs des
faibles à leur imitation.
Par le récit de leurs exploits,
elle fortifie notre infirmité
contre les assauts du vice ;
et il arrive que, dans ces
combats, l'âme tremble
d'autant moins qu'elle voit
exposés devant elle les
triomphes de tant d'hommes
forts.

Ὶ. Indúta est caro mea putrédine, et sórdibus púlveris cutis mea áruit et contrácta est : * Meménto mei, Dómine, quóniam ventus est vita mea. Ὶ. Dies mei velócius transiérunt quam a texénte tela succíditur, et consumpti sunt absque ulla spe. Meménto.

Ὶ. Ma chair est revêtue de pourriture ; sous les souillures de la poussière, ma peau s'est desséchée et gercée : * Souvenez-vous de moi, Seigneur, car ma vie n'est qu'un souffle. Ὶ. Mes jours ont passé plus vite que la trame coupée par le tisserand, ils sont consumés sans aucun espoir. Souvenez-vous.

LEÇON V

[Elle nous enseigne en nous montrant les victoires des uns, les défaites des autres.]

NONNUMQUAM vero non solum nobis eorum virtutes ásserit, sed étiam casus innotéscit ; ut et in victória fórtium, quod imitándo arrípere, et rursus videámus in lápsibus quid debeámus timére. Ecce enim Job describitur tentatióne auctus, sed David tentatióne prostrátus ; ut et majórum virtus spem nostram fóveat, et majórum casus ad cautélam nos humilitátis accíngat : quátenus dum illa gaudéntes súblevant, ista metuéntes premant ; et audiéntis ánimus illinc spei fidúcia, hinc humilitáte timóris erudítus, nec

PARFOIS la Sainte Écriture ne nous découvre pas seulement leurs vertus, mais aussi leurs fautes. Pour que nous voyions dans la victoire des forts ce qu'il faut nous approprier en l'imitant, et, dans les chutes des faibles, ce qu'il faut redouter. Ainsi elle nous présente Job grandi par l'épreuve, David au contraire abattu par la tentation ; afin que la vertu des grands anime notre espérance, que la chute des puissants nous fasse, par prudence, revêtir l'humilité, de telle sorte que si les premiers exemples nous élèvent dans la joie, les seconds nous retiennent dans la crainte, et que l'esprit qui entend, instruit d'une part par une confiante

temeritate superbiam, quia formidine premitur; nec pressus timore desperet, quia ad spei fiduciam virtutis exemplo roboratur.

℞. Paucitas dierum meorum finiatur brevi; dimitte me, Domine, ut plangam paululum dolorem meum, * Antequam vadam ad terram tenebrorum et operam mortis caligine. √. Manus tuæ, Domine, fecerunt me, et plasmaverunt me totum in circuitu; et sic repente precipitas me? Antequam.

espérance, d'autre part par l'humilité de la crainte, ne s'enorgueillisse point par témérité, puisqu'il est pressé par la crainte; et qu'il ne désespère point sous le poids de la crainte, puisqu'il est fortifié dans la confiance de son espoir, par l'exemple de la vertu.

℞. Le petit nombre de mes jours finira bientôt; laissez-moi, Seigneur, que je pleure un peu ma douleur, * Avant que j'aille dans la terre ténébreuse, couverte de l'obscurité de la mort. √. Vos mains, Seigneur, m'ont formé et façonné tout entier, et soudain vous me précipitez? Avant.

LEÇON VI

Livre I, chap. I

[Job, bon parmi les méchants.]

VIR erat in terra Hus, nomine Job. Idcirco sanctus vir ubi habitaverit dicitur, ut ejus meritum virtutis exprimat. Hus namque quis nesciat quod sit in terra Gentilium? Gentilitas autem eo obligata vitiis existit, quo cognitionem sui Conditoris ignoravit. Dicatur itaque ubi habitaverit;

IL y avait au pays de Hus un homme du nom de Job. L'Écriture dit où le saint homme habitait, pour faire éclater le mérite de sa vertu. Qui ne le sait? Hus est au pays des Gentils. Or la gentilité, ayant perdu la connaissance de son créateur, se trouvait livrée à tous les vices. Donc on désigne le pays de Job, afin que le fait

ut hoc ejus láudibus proficiat, quod bonus inter malos fuit. Neque enim valde laudábile est, bonum esse cum bonis, sed bonum esse cum malis. Sicut enim gravióris culpæ est, inter bonos bonum non esse ; ita imménsi est præcónii, bonum étiam inter malos exstítisse.

R̄. Non abscondas me, Dómine, a fácie tua : manum tuam longe fac a me, * Et formído tua non me térreat. Ÿ. Córripe me, Dómine, in misericórdia, non in furóre tuo, ne forte ad níhilum rédigas me. Et. Glória Patri. Et.

d'avoir été bon parmi les méchants, serve à sa louange. Il n'y a pas, en effet, grand mérite à être bon en compagnie des bons, mais bien plutôt d'être bon en la société des méchants. Et comme il y a faute plus grande à n'être pas bon parmi les bons, il est on ne peut plus glorieux d'être vertueux même parmi les méchants.

R̄. Ne me cachez pas, Seigneur, loin de votre face : éloignez de moi votre main, * Et que votre crainte ne m'épouvante pas. Ÿ. Corrigez-moi, Seigneur, avec miséricorde, et non dans votre colère, de peur que vous me réduisiez à rien. Et. Gloire au Père. Et.

LUNDI

LEÇON I

De libro Job

Du livre de Job

Chapitre 1, 13-22.

[Première et deuxième épreuve de Job.]

CUM autem quadam die filii et filiæ ejus comederent et biberent vinum in domo fratris sui primogéniti, nuntius venit ad Job, qui diceret : Boves arábant et ásinæ pascebántur juxta eos, et irruérunt Sabæi tulerúnt-

OR, un jour que les fils et les filles de Job mangeaient et buvaient du vin dans la maison de leur frère aîné, un messenger vint vers Job et dit : « Les bœufs labouraient et les ânesses paissaient auprès d'eux ; les Sabéens firent irruption et

que ómnia et púeros percussérunt gládio, et evási ego solus ut nuntiárem tibi. Cumque adhuc ille loquerétur, venit alter et dixit : Ignis Dei cécidit e cælo et tactas oves puerósque consúmpsit, et efúgi ego solus ut nuntiárem tibi.

Æ. Versa est in luctum cíthara mea, et órganum meum in vocem fléntium : * Parce mihi, Dómine, nihil enim sunt dies mei. ŷ. Cutis mea denigráta est super me, et ossa mea aruérunt. Parce.

enlevèrent tout, et ils ont frappé du glaive les serviteurs ; je me suis échappé, moi seul, pour vous l'annoncer. » Comme il parlait encore, il en vint un autre qui dit : « Le feu de Dieu est tombé du ciel ; il a touché les brebis et les serviteurs, et il les a consumés ; je me suis échappé, moi seul, pour vous l'annoncer. »

Æ. Ma cithare ne rend plus que des accords lugubres, et mon chalumeau, des sons plaintifs : * Épargnez-moi, Seigneur, car mes jours ne sont rien. ŷ. Ma peau s'est noircie, mes os se sont desséchés. Épargnez-moi.

LEÇON II

[Troisième et quatrième épreuves.]

SED, et illo adhuc loquente, venit álius et dixit : Chaldæi fecérunt tres turmas et invasérunt camélos et tulérunt eos, necnon et púeros percussérunt gládio, et ego fugi solus ut nuntiárem tibi. Adhuc loquebátur ille, et ecce álius intrávit et dixit : Filiis tuis et filiábus vescentibus et bibéntibus vinum in domo fratris sui primogéniti, repente ventus véhemens írruit a regione desérti et concús-

COMME il parlait encore, il en vint un troisième qui dit : « Les Chaldéens ont fait trois bandes, puis il se sont jetés sur les chameaux et les ont enlevés ; ils ont aussi passé les serviteurs au fil de l'épée ; et j'ai fui, moi seul, pour vous l'annoncer. » Il parlait encore, lorsqu'un autre entra et dit : « Vos fils et vos filles mangeaient et buvaient du vin dans la maison de leur frère aîné ; soudain un vent violent arriva du côté du

sit quatuor ángulos domus, quæ córruens opprèssit líberos tuos, et mórtui sunt, et effúgi ego solus ut nuntiárem tibi.

℞. Utinam appenderéntur peccáta mea, quibus iram mérui, * Et calámitas, quam pátiór, in statera. †. Quasi aréna maris hæc gráviór apparéret, unde et verba mea dolóre sunt plena. Et.

Aux Octaves et aux Fêtes simples : Glória Patri. Et.

LEÇON III

[Résignation de Job.]

TUNC surréxit Job et scidit vestiménta sua et, tonso cápite, córruens in terram adorávit et dixit : Nudus egréssus sum de útero matris meæ et nudus revértar illuc. Dóminus dedit, Dóminus ábstulit ; sicut Dómino plácuít, ita factum est : sit nomen Dómini benedíctum. In ómnibus his non peccávit Job lábiis suis neque stultum quid contra Deum locútus est.

℞. Quare detraxístis sermónibus veritátis ? ad increpándum verba com-pónítis et subvértere ní-tímini amícum vestrum :

désert, et il ébranla les quatre coins de la maison ; en s'écroutant, elle a écrasé vos enfants, et ils sont morts ; j'ai fui, moi seul, pour vous l'annoncer. »

℞. Puisse-t-on peser mes péchés, qui ont mérité votre colère, * Et mettre sur cette balance la calamité dont je souffre. †. Comme le sable de la mer, elle serait plus pesante ; voilà pourquoi mes paroles sont pleines de douleur. Et.

ALORS Job se leva, déchira ses vêtements et, ayant rasé sa tête, il se jeta par terre, se prosterna et dit : « Nu je suis sorti du sein de ma mère et nu j'y retournerai ; le Seigneur a donné, le Seigneur a ôté : comme il a plu au Seigneur, ainsi en est-il arrivé ; que le nom du Seigneur soit béni ! » En tout cela, Job ne pécha point par ses lèvres, et il ne dit rien d'insensé contre Dieu.

℞. Pourquoi blâmez-vous des paroles de vérité ? Vous forgez des phrases de reproches, et vous vous efforcez de réduire à rien votre

* Verúm-tamen quæ cogitástis, expléte. ʘ. Quod justum est, judicáte; et non inveniétis in lingua mea iniquitátem. Verúm-tamen. Glória Patri. Verúm-tamen.

ami : * Achevez donc de réaliser vos pensées. ʘ. Jugez selon la justice, et vous ne trouverez pas d'iniquité sur ma langue. Achevez donc. Gloire au Père. Achevez donc.

MARDI LEÇON I

De libro Job

Du livre de Job

Chapitre 2, 1-13

[Satan demande une nouvelle épreuve.]

FACTUM est autem, cum quadam die venissent filii Dei et starent coram Dómino, venisset quoque Satan inter eos et staret in conspéctu ejus, ut diceret Dóminus ad Satan : Unde venis? Qui respóndens ait : Circuívi terram et perambulávi eam. Et dixit Dóminus ad Satan : Numquid considerásti servum meum Job, quod non sit ei símilis in terra, vir simplex et rectus ac timens Deum et recédens a malo et adhuc rétinens innocéntiam? Tu autem commovísti me advérsus eum, ut afflígerem eum frustra. Cui respóndens Satan ait : Pellem pro pelle, et cuncta, quæ habet homo, dabit pro ánima sua. Alióqui mitte manum

OR il arriva un jour que, les fils de Dieu étant venus se présenter devant le Seigneur, et Satan étant venu aussi parmi eux pour se présenter devant le Seigneur, le Seigneur dit à Satan : « D'où viens-tu? » Satan répondit et dit : « De rôder sur la terre et d'y circuler. » Le Seigneur demanda encore à Satan : « N'as-tu point remarqué mon serviteur Job? Il n'a pas son semblable sur terre : homme intègre, droit, craignant Dieu, se détournant du mal, et conservant son innocence. Sans raison, tu m'as excité contre lui, pour le ruiner. » Satan lui répondit et dit : « Peau pour peau! Pour sa vie, l'homme donne tout ce qu'il possède ; mais étendez votre main ; tou-

tuam et tange os ejus et carnem; et tunc vidébis quod in fáciem benedícat tibi.

ⲗ. Indúta est caro mea putrédine, et sórdibus púlveris cutis mea áruit et contrácta est : * Meménto mei, Dómine, quóniam ventus est vita mea. Ⲛ. Dies mei velócius transiérunt quam a texénte tela succíditur, et consumpti sunt absque ulla spe. Meménto.

chez à ses os et à sa chair ; à coup sûr, il vous maudira en face ! »

ⲗ. Ma chair est revêtue de pourriture ; sous les souillures de la poussière, ma peau s'est desséchée et gercée : * Souvenez-vous de moi, Seigneur, car ma vie n'est qu'un souffle. Ⲛ. Mes jours ont passé plus vite que la trame coupée par le tisserand, ils sont consumés sans aucun espoir. Souvenez-vous.

LEÇON II

[Lépreux, Job se résigne.]

DIXIT ergo Dóminus ad Satan : Ecce in manu tua est, verúm tamen ánimam illius serva. Egrésus igitur Satan a fácie Dómini percússit Job úlcere péssimo a planta pedis usque ad vérticem ejus ; qui testa sániem radébat sedens in sterquilíno. Dixit autem illi uxor sua : Adhuc tu permans in simplicitate tua ? Benedic Deo et mórere. Qui ait ad illam : Quasi una de stultis muliéribus locúta es : si bona suscepimus de manu Dei, mala quare non suscipiámus ?

LE Seigneur dit donc à Satan : « Voilà qu'il est en ta main ; sauvegarde seulement sa vie. » Satan sortit de devant le Seigneur, et frappa Job d'un ulcère malin, de la plante du pied jusqu'à la tête. Et Job, assis sur le fumier, raclait le pus avec un tesson. Sa femme lui dit : « Tu demeures encore dans ta simplicité ? Maudis Dieu et meurs. » Job lui répondit : « Tu parles comme une femme folle. Si nous avons reçu les biens de la main de Dieu, pourquoi n'en recevrons-nous pas les

In ómnibus his non peccávit Job lábiis suis.

᠙. Páucitas diérum meórum finiétur brevi; dimítte me, Dómine, ut plangam páululum dolórem meum, * Antequam vadam ad terram tenebrósam et opértam mortis calígine. ʒ. Manus tuæ, Dómine, fecérunt me, et plasmavérunt me totum in circúitu; et sic repente præcípitas me? Antequam.

maux? » En tout cela, Job ne pécha point par ses lèvres.

᠙. Le petit nombre de mes jours finira bientôt; laissez-moi, Seigneur, que je pleure un peu ma douleur, * Avant que j'aie dans la terre ténébreuse, couverte de l'obscurité de la mort. ʒ. Vos mains, Seigneur, m'ont formé et façonné tout entier, et soudain vous me précipitez. Avant.

Aux Octaves et aux Fêtes simples : Glória. Antequam.

LEÇON III

[Visite de trois amis.]

IGITUR audiéntes tres amici Job malum quod accidisset ei, venérunt sínguli de loco suo, Eliphaz Themanítes et Baldad Suhítes et Sophar Naamathítes. Condixérunt enim ut páriter veniéntes visitárent eum et consolaréntur. Cumque elevássent procul óculos suos, non cognovérunt eum et exclamántes ploravérunt, scíssisque véstibus, sparsérunt púlverem super caput suum in cælum. Et sedérunt cum eo in terra septem diébus et septem nóctibus, et nemo

CEPENDANT trois amis de Job, apprenant tout le mal qui lui était arrivé, vinrent chacun de leur pays : Eliphaz, de Teiman ; Baldad, de Shouah, et Sophar, de Naamah. Ils avaient convenu de venir ensemble le visiter et le consoler. Mais, lorsque, de loin, ils eurent levé les yeux, ils ne le reconnurent point, et, jetant un grand cri, ils pleurèrent ; puis ils déchirèrent leurs vêtements et ils répandirent de la poussière sur leur tête. Puis ils s'assirent avec lui sur la terre, ept jours et sept

loquebátur ei verbum ;
vidébant enim dolórem
esse veheméntem.

℞. Non abscondas me,
Dómine, a fácie tua : ma-
num tuam longe fac a
me, * Et formído tua non
me térreat. √. Córripe
me, Dómine, in miseri-
córdia, non in furóre tuo,
ne forte ad níhilum rédi-
gas me. Et. Glória Patri.
Et.

nuits, et personne ne lui
disait mot, car ils voyaient
que sa douleur était bien
grande.

℞. Ne me cachez pas,
Seigneur, loin de votre face :
éloignez de moi votre main,
* Et que votre crainte ne
m'épouvante pas. √. Corri-
gez-moi, Seigneur, avec mi-
séricorde, et non dans votre
colère, de peur que vous
me réduisiez à rien. Et.
Gloire. Et.

MERCREDI
LEÇON I

De libro Job

Du livre de Job

Chapitre 3, 1-16

[Premiers discours de Job.

Maudits les jours de ma naissance.]

POST hæc aperuit Job
os suum et maledíxit
diéi suo et locútus est :
Péreat dies in qua natus
sum, et nox in qua dic-
tum est : Concéptus est
homo. Dies ille vertátur
in ténébras : non requírat
eum Deus désuper, et non
illustrétur lúmíne ; obscú-
rent eum ténébræ et um-
bra mortis ; óccupet eum
calígo, et involvátur ama-
ritúdine.

℞. Quis mihi tríbuat, ut
in inférno protégas me

APRÈS cela, Job ouvrit la
bouche et maudit son
jour. Il dit : « Périsse le
jour où je suis né, — et la
nuit où il fut dit : Un
homme a été conçu! —
Que ce jour soit ténèbres ;
— que Dieu n'en ait cure
de là-haut, — et qu'il ne
soit point éclairé de la lu-
mière! — que les ténèbres
et l'ombre de la mort l'ob-
scurcissent! — qu'une nuée
le couvre, — et qu'il soit
enveloppé de *brouillards* » ¹.

℞. Qui m'accordera que
vous me protégiez et me

1. Vulgate : d'amertume.

et abscondas me, donec pertranseat furor tuus, Dómine, nisi tu, qui solus est Deus? * Et constituas mihi tempus, in quo recordéris mei? †. Numquid sicut dies hóminis dies tui, ut quæras iniquitatem meam; cum sit nemo, qui de manu tua possit erúere? Et.

cachiez dans le schéol, jusqu'à ce que passe votre fureur, Seigneur, sinon vous qui seul êtes Dieu? * Et que vous me fassiez un temps où vous vous souveniez de moi? †. Vos jours sont-ils donc semblables aux jours des hommes, pour que vous cherchiez mon iniquité, alors que personne ne peut échapper à votre main? Et.

LEÇON II

NOCTEM illam tenebrósus turbo possídeat; non computétur in diébus anni, nec numerétur in ménsibus. Sit nox illa solitária nec laude digna; maledícant ei qui maledícunt diéi, qui paráti sunt suscitáre leviáthan. Obtenebrentur stellæ calígine ejus, exspéctet lucem et non vídeat, nec ortum surgéntis auróræ; quia non conclúsit óstia ventris, qui portávit me, nec ábstulit mala ab óculis meis.

CETTE nuit-là, qu'un tourbillon ténébreux s'en empare, — et qu'elle ne soit pas comptée dans les jours de l'année, — qu'elle n'entre point dans le comput des mois! — Que cette nuit soit solitaire, indigne de louange. — Qu'ils l'exécurent, ceux qui maudissent le jour, — ceux qui sont prêts à réveiller Léviathan ¹. Que les étoiles s'enténébrent de son obscurité; — qu'elle attende la lumière et ne la voie point, — ni la naissance de l'aurore qui se lève, — parce qu'elle n'a pas fermé les portes du sein qui m'a porté, — et qu'elle n'a pas dérobé la souffrance à mes yeux. »

1. Ceux qui souhaitent de revenir au chaos primitif, où Léviathan jouait en liberté.

℞. Utinam appende-
rētur peccāta mea, qui-
bus iram mēruī, * Et calā-
mitas, quam pātor, in
statēra. †. Quasi arēna
maris hęc grāvior appa-
rēret, unde et verba mea
dolōre sunt plena. Et.

℞. Puisse-t-on peser mes
péchés, qui ont mérité votre
colère, * Et mettre sur
cette balance la calamité
dont je souffre. †. Comme
le sable de la mer, elle
serait plus pesante ; voilà
pourquoi mes paroles sont
pleines de douleur. Et.

Aux Octaves et aux Fêtes simples : Glória Patri. Et.

LEÇON III

QUARE non in vulva
mórtuus sum? egrés-
sus ex útero non statim
périi? quare excēptus gé-
nibus? cur lactātus ubé-
ribus? Nunc enim dór-
miens silérem et somno
meo requiēscerem cum
régibus et consúlibus ter-
ræ, qui ædificānt sibi soli-
túdiēs, aut cum princí-
pibus, qui póssident au-
rum et replent domos suas
argēto ; aut sicut abor-
tívum abscónditum non
subsisterem, vel qui con-
cépti non vidérunt lucem.

POURQUOI ne suis-je pas
mort dans le ventre
maternel? — Et n'ai-je pas
expiré quand je sortais du
sein? — Pourquoi ai-je
été reçu sur des genoux? —
pourquoi allaité par des
mamelles? — Car mainte-
nant, dormant, je serais en
silence, — et je reposerais
dans mon sommeil — avec
les rois et les conseillers
du pays, — qui se bâtissent
des solitudes, — ou avec
les princes qui ont de l'or, —
et remplissent d'argent leurs
maisons. — Comme l'avor-
ton caché, je n'existerais
pas, — comme les fœtus
qui n'ont pas vu la lumière. »

℞. Quare detraxístis
sermónibus veritátis? ad
incredpandum verba com-
pónitis et subvértere ní-
tímīni amícum vestrum :
* Verúmtamen, quæ co-

℞. Pourquoi blâmez-vous
des paroles de vérité? Vous
forgez des phrases de re-
proches, et vous vous effor-
cez de réduire à rien votre
ami : * Achevez donc de

gitástis, expléte. *ŷ.* Quod justum est, judicáte ; et non inveniétis in lingua mea iniquitátem. Verúm-tamen. Glória Patri. Verúm-tamen.

réaliser vos pensées. *ŷ.* Jugez selon la justice, et vous ne trouverez point d'iniquité sur ma langue. Achevez donc. Gloire. Achevez donc.

JEUDI
LEÇON I

De libro Job

Du livre de Job

Chapitre 4, 1-18

[Discours d'Eliphaz.

Où est ta patience?]

RESPONDENS autem Eliphaz Themanites dixit : Si cœpérimus loqui tibi, fòrsitan moléste accípies ; sed concéptum sermónem tenére quis póterit ? Ecce docuísti multos et manus lassas roborásti, vacillántes confirmavérunt sermónes tui et gèna treméntia confortásti. Nunc autem venit super te plaga, et defecísti ; tétigit te, et conturbátus es. Ubi est timor tuus, fortitúdo tua, paciéntia tua et perféctio viárum tuárum ?

ELIPHAZ de Teiman répondit et dit : « Si nous commençons à te parler, peut-être le supporteras-tu avec peine ; — mais qui pourrait retenir la parole déjà conçue ? — Voilà que tu as instruit bien des gens, — fortifié des mains affaiblies ; — tes paroles ont affermi ceux qui chancelaient — et tu as fortifié les genoux tremblants. — Et maintenant que le malheur tombe sur toi, tu défailles : — il t'a frappé et tu es troublé. — Où donc est ta crainte, ta force, ta patience, — la perfection de tes voies ? »

Rŷ. Si bona suscepimus de manu Dei, mala autem quare non sustineámus ?

* Dóminus dedit, Dóminus ábstulit ; sicut Dómino plácuít, ita factum est :

Rŷ. Si nous avons reçu les biens de la main de Dieu, pourquoi n'en recevriions-nous pas les maux ?

* Le Seigneur a donné, le Seigneur a ôté ; comme il

sit nomen Dómini benedictum. *ŷ.* Nudus egressus sum de útero matris meæ et nudus revértar illuc. Dóminus.

a plu au Seigneur, ainsi en est-il advenu : que le nom du Seigneur soit béni. *ŷ.* Je suis sorti nu du sein de ma mère, et nu j'y retournerai. Le Seigneur.

LEÇON II

[Ce n'est pas l'innocent qui périt, mais le méchant.]

RECORDARE, óbsecro te, quis umquam innocens périit? aut quando recti deléti sunt? Quin pótius vidi eos, qui operántur iniquitátem et séminant dolóres et metunt eos, flante Deo perísse et spírítu iræ ejus esse consúptos. Rugítus leónis et vox lænæ et dentes catulórum leónum contrítí sunt; tigris périit, eo quod non habéret prædam, et cátuli leónis dissipátí sunt.

SOUVIENS-TOI donc si jamais un innocent a péri? quand les hommes droits ont-ils été exterminés? — Bien plutôt, j'ai vu que ceux qui font l'œuvre d'iniquité, — sèment les maux et les moissonnent, — ont péri au souffle de Dieu — et, par le vent de sa colère, ont été consumés. — Le rugissement du lion et la voix de la lionne — et les dents des petits lions sont brisés. — Le tigre a péri, faute de proie, — et les petits du lion ont été dispersés. »

Ŕ. Antequam cómedam suspíro, et tamquam inundántes aquæ sic rugítus meus; quia timor, quem timébam, événit mihi, et quod verébar áccidit. Nonne dissimulávi? nonne sílui? nonne quiévi? * Et venit super me indignátio. *ŷ.* Ecce non est auxiliúm mihi in me, et necessarií quoque mei recessérunt a me. Et.

Ŕ. Avant de manger je soupire, et comme un bruit d'inondation, ainsi mon gémissement. Ce que je craignais m'est arrivé, ce que je redoutais a fondu sur moi. N'ai-je point gardé la réserve, le silence, le calme? * Et l'indignation est venue sur moi. *ŷ.* Je suis dénué de tout secours, mes amis eux-mêmes se sont retirés de moi. Et.

Aux Octaves et aux Fêtes simples : Glória Patri. Et.

LEÇON III

[J'ai vu en songe que personne n'est juste devant Dieu.]

PORRO ad me dictum est verbum absconditum, et quasi furtive suscepit auris mea venas susurri ejus. In horróre visionis nocturnæ, quando solet sopor occupare homines, pavor tenuit me et tremor, et ómnia ossa mea perterrita sunt, et cum spíritus, me præ-sente, transíret, inhorruerunt pili carnis meæ. Stetit quidam, cujus non agnoscebam vultum, imágo coram óculis meis, et vocem auræ lenis audivi : Numquid homo Dei comparatióne justificabitur? aut Factóre suo púrior erit vir? Ecce qui sérvíunt ei non sunt stábiles, et in Angelis suis réperit pravitatém.

℞. Quare detraxístis sermónibus veritátis? ad increpándum verba compónítis et subvértere nitímíni amícum vestrum : * Verúmtamen quæ cogitástis, expléte. √. Quod justum est, judicáte ; et

OR une parole secrète m'a été dite, — et mon oreille en a saisi le léger murmure. — Dans l'horreur d'une vision nocturne, — quand la torpeur a coutume de s'emparer des hommes, — l'effroi me saisit et un frisson ; — et tous mes os furent glacés d'épouvante, — et comme un esprit en ma présence passait, — les poils de ma chair se hérissèrent. — Quelqu'un était debout — dont je ne connaissais pas le visage ; — une image était devant mes yeux, — et j'entendis une voix comme un souffle léger : — Est-ce que l'homme en comparaison avec Dieu sera justifié? — un homme est-il plus pur que son Créateur? — Ceux qui le servent ne sont pas fidèles — et même dans ses anges, il a trouvé de la dépravation. »

℞. Pourquoi blâmez-vous des paroles de vérité? vous forgez des phrases de reproches, et vous vous efforcez de réduire à rien votre ami : * Achevez donc de réaliser vos pensées. √. Jugez selon la justice, et vous

non inveniétis in lingua
mea iniquitatem. Verúm-
tamen. Glória Patri. Ve-
rúmtamen.

ne trouverez pas d'iniquité
sur ma langue. Achevez
donc. Gloire au Père. Ache-
vez donc.

VENDREDI
LEÇON I

De libro Job

Du livre de Job

Chapitre 6, 1-13

[Réponse de Job à Eliphaz.

Mes plaintes sont au-dessous de mes souffrances.]

RESPONDENS autem Job
dixit : Utinam appen-
derentur peccáta mea,
quibus iram mérui, et
calámitas, quam pátor,
in statéra. Quasi aréna
maris hæc gráviór appa-
réret, unde et verba mea
dolóre sunt plena ; quia
sagittæ Dómini in me
sunt, quarum indignatio
ébibit spíritum meum, et
terróres Dómini militant
contra me.

℞. Indúta est caro mea
putrédine, et sórdibus
púlveris cutis mea áruit
et contrácta est : * Me-
ménto mei, Dómine, quón-
iam ventus est vita mea.
ŷ. Dies mei velócius trans-
iérunt quam a texénte te-
la succíditur, et consúmp-
ti sunt absque ulla spe.
Meménto.

JOB répondit et dit : « Puis-
se-t-on peser mes péchés,
qui ont mérité votre colère,
— et mettre sur cette
balance la calamité dont
je souffre ? — Comme le
sable de la mer, elle appa-
raîtrait plus pesante. —
Voilà pourquoi mes paroles
sont pleines de douleur. —
Car les flèches du Seigneur
sont en moi, — leur venin
a abreuvé mon esprit, —
et les terreurs du Seigneur
combattent contre moi. »

℞. Ma chair est revêtue
de pourriture ; sous les
souillures de la poussière,
ma peau s'est desséchée et
gercée : * Souvenez-vous
de moi, Seigneur, car ma
vie n'est qu'un souffle. ŷ.
Mes jours ont passé plus vite
que la trame coupée par le
tisserand, ils sont consumés
sans aucun espoir. Souvenez-
vous.

LEÇON II

NUMQUID rúgiet ónager, cum habúerit herbam? aut múgiet bos, cum ante præsepe plenum stéterit? Aut póterit cómedi insúlsum, quod non est sale condítum? aut potest áliquis gustáre, quod gustátum affert mortem? Quæ prius nolébat tángere ánima mea, nunc præ angústia cibi mei sunt.

R. Páucitas diérum meórum finiétur brevi; dimítte me, Dómine, ut plangam páululum dolórem meum, * Antequam vadam ad terram tenebrósam et ópértam mortis calígine. †. Manus tuæ, Dómine, fecérunt me, et plasmavérunt me totum in circúitu; et sic repénte præcípitas me? Antequam.

Aux Octaves et aux Fêtes simples : Glória. Antequam.

LEÇON III

[Que la mort me délivre.]

QUIS det ut véniat petítio mea, et quod exspécto tríbuat mihi Deus? Et qui cœpit ipse me cónterat, solvat manum suam et succídat me? Et hæc mihi sit con-

UN onagre brait-il près de l'herbe? — un bœuf mugit-il devant une crèche pleine? — ce qui est fade se mange-t-il sans sel? — peut-on goûter un aliment qui donne la mort? — Ce que mon âme ne voulait pas toucher autrefois — est maintenant, dans ma détresse, ma nourriture. »

R. Le petit nombre de mes jours finira bientôt; laissez-moi, Seigneur, que je pleure un peu ma douleur, * Avant que j'aie dans la terre ténébreuse, couverte de l'obscurité de la mort. †. Vos mains, Seigneur, m'ont formé et façonné tout entier, et soudain vous me précipitez. Avant.

QUI me donnera qu'arrive ce que je demande, — et que Dieu réalise mon attente? — Que celui qui a commencé me brise lui-même, qu'il délie sa main et me supprime. — Et qu'il

solatio, ut affligens me dolore non parcat, nec contradicam sermónibus Sancti. Quæ est enim fortitúdo mea, ut sustineam? aut quis finis meus, ut patienter agam? Nec fortitúdo lapidum fortitúdo mea, nec caro mea ænea est. Ecce non est auxiliùm mihi in me, et necessari quoque mei recesserunt a me.

Ṛ. Non abscondas me, Dómine, a fácie tua : manum tuam longe fac a me, * Et formído tua non me térreat. Ṛ. Córripe me, Dómine, in misericórdia, non in furóre tuo, ne forte ad níhilum rédigas me. Et. Glória Patri. Et formído.

me reste cette consolation — dans les maux dont il ne m'épargne pas la douleur, — de ne point contredire aux paroles du Saint? — Quelle est ma force, pour que je supporte? — quelle est ma fin pour que j'agisse en patience? — Ce n'est pas une force de pierre, ma force, — et ma chair n'est pas d'airain. — Je n'ai en moi aucun secours, — et mes proches eux-mêmes se sont retirés de moi. »

Ṛ. Ne me cachez pas, Seigneur, loin de votre face éloignez de moi votre main, * Et que votre crainte ne m'épouvante pas. Ṛ. Corrigez-moi, Seigneur, avec miséricorde, et non dans votre colère, de peur que vous me réduisiez à rien. Et. Gloire au Père. Et.

SAMEDI

LEÇON I

De libro Job

Du livre de Job

Chapitre 7, 1-12

[Je souffre nuit et jour.]

MILITIA est vita hóminis super terram, et, sicut dies mercenárii, dies ejus. Sicut servus desiderat umbram, et sicut mercenárius præstolátur fi-

SERVICE de guerre est la vie de l'homme sur la terre; — et comme les jours d'un mercenaire sont ses jours. — Tel un esclave qui désire l'ombre — et un

nem óperis sui, sic et ego hábui menses vácuos et noctes laboriósas enume-rávi mihi. Si dormiéro, dicam : Quando consúr-gam? Et rursum exspec-tábo vésperam, et replé-bor dolóribus usque ad ténebras.

Ⓡ. Quis mihi tríbuat, ut in inférno prótegas me et abscondas me, donec per-tránseat furor tuus, Dó-mine, nisi tu, qui solus es Deus? * Et constituas mihi tempus, in quo re-cordéris mei? †. Num-quid sicut dies hóminis dies tui, ut quæras ini-quitátem meam; cum sit nemo, qui de manu tua possit erúere? Et.

mercenaire qui attend la fin de son service, — ainsi j'ai eu en partage des mois de douleur, — et j'ai compté pour moi des nuits de souffrance. — Si je me couche, je dis : A quand mon lever? — et au lever, j'attends le soir — et je suis plein de douleurs jusqu'à la nuit. »

Ⓡ. Qui accordera que vous me protégiez et me cachiez dans le schéol, jusqu'à ce que passe votre fureur, Seigneur, sinon vous qui seul êtes Dieu? * Et que vous me fassiez un temps où vous vous souveniez de moi? †. Vos jours sont-ils donc semblables aux jours des hommes, pour que vous cherchiez mon iniquité, alors que personne ne peut échapper à votre main? Et.

LEÇON II

[Je ne connaîtrai plus le bonheur.]

INDUTA est caro mea pu-trédine, et sordibus púl-veris cutis mea áruit et contrácta est. Dies mei velócius transiérunt quam a texénte tela succíditur, et consúmpti sunt absque ulla spe. Meménto quia ventus est vita mea, et non revertétur óculus meus ut vídeat bona. Nec aspíciét me visus hóminis;

MA chair est revêtue de pourriture — et sous les souillures de la poussière, ma peau s'est desséchée et gercée. — Mes jours ont passé plus vite que la toile coupée par le tisserand; — ils sont consumés sans aucun espoir. — Souvenez-vous que ma vie n'est qu'un souffle; — mes yeux ne reverront plus le bonheur. —

óculi tui in me, et non subsístam.

℞. Utinam appenderéntur peccáta mea, quibus iram mérui, * Et calámitas, quam pátiór, in statera. †. Quasi aréna maris hæc gráviór apparéret, unde et verba mea dolóre sunt plena. Et.

Aux Octaves simples et à l'Office de la Sainte Vierge, le Samedi : Glória Patri. Et.

LEÇON III

[Plaintes à Dieu.]

SICUT consúmitur nubes et pertránsit, sic qui descénderit ad ínferos non ascéndet; nec revertétur ultra in domum suam, neque cognóscet eum ámplius locus ejus. Quaprópter et ego non parcam ori meo; loquar in tribulatióne spíritus mei, confabulábor cum amaritúdine ánimæ meæ. Numquid mare ego sum aut cetus, quia circumdedísti me cárcere?

℞. Quare detraxístis sermónibus veritátis? ad increpándum verba compónitis et subvértere nítmíni ámicum vestrum :

L'œil de l'homme ne me regardera plus ; — vos yeux seront sur moi et je ne serai plus. »

℞. Puisse-t-on peser mes péchés, qui ont mérité votre colère, * Et mettre sur cette balance la calamité dont je souffre. †. Comme le sable de la mer, elle serait plus pesante ; voilà pourquoi mes paroles sont pleines de douleur. Et.

COMME le nuage se dissipe et passe, — ainsi celui qui descend au schéol n'en remontera plus ; — il ne retournera plus dans sa maison ; — son habitation ne le connaîtra plus. — C'est pourquoi je ne retiendrai pas ma langue. — Je parlerai dans l'angoisse de mon esprit, — j'exhalerai mes plaintes dans l'amertume de mon âme. — Suis-je la mer ou un monstre marin, — pour que tu m'aies entouré d'une prison ? »

℞. Pourquoi blâmez-vous des paroles de vérité? Vous forgez des phrases de reproches, et vous vous efforcez de réduire à rien votre

* Verúm-tamen quæ cogitástis, expléte. *ŷ.* Quod justum est, judicáte ; et non inveniétis in lingua mea iniquitátem. Verúm-tamen. Glória Patri. Verúm-tamen.

ami : * Achevez donc de réaliser vos pensées. *ŷ.* Jugez selon la justice, et vous ne trouverez pas d'iniquité sur ma langue. Achevez donc. Gloire au Père. Achevez donc.

A VÊPRES

ŷ. Vespertína orátio ascéndat ad te, Dómine. *ŕ.* Et descéndat super nos misericórdia tua.

ŷ. Que la prière du soir monte vers vous, Seigneur. *ŕ.* Et que descende sur nous votre miséricorde.

Ad Magnif. Ant. In ómnibus his * non peccávit Job lábiis suis neque stultum áliquid contra Deum locútus est.

A Magnif. Ant. En tout cela Job ne pécha point par ses lèvres, et il ne dit rien d'insensé contre Dieu.

Oraison du Dimanche occurrent.

II^e DIMANCHE DE SEPTEMBRE

SEMI-DOUBLE

AU I^{er} NOCTURNE

LEÇON I

De libro Job

Du livre de Job

Chapitre 9, 1-17

[Réponse de Job à Baldad.

Qui résistera à la sagesse de Dieu?]

ET respóndens Job ait : Vere scio quod ita sit, et quod non justificétur homo compósitus Deo. Si volúerit conténdere cum eo, non póterit ei respondére unum pro mille. Sápiens corde est et fortis róbores. Quis réstitit ei,

JOB dit en réponse : « Assurément, je vois qu'il en est ainsi — et qu'un homme comparé à Dieu ne sera pas trouvé juste. — S'il veut disputer avec lui, il ne pourra répondre une chose sur mille. — Dieu est sage de cœur et puissant en force. — Qui

et pacem hábuit? Qui tránstulit montes, et nesciérunt hi quos subvértit in furóre suo.

℞. Si bona suscepimus de manu Dei, mala autem quare non sustineámus? * Dóminus dedit, Dóminus ábstulit; sicut Dómino plácuit, ita factum est : sit nomen Dómini benedíctum. †. Nudus egréssus sum de útero matris meæ et nudus révértar illuc. Dóminus.

lui a résisté, et a eu la paix? — C'est lui qui a transporté des montagnes, — et elles n'ont pas su — qui les a bouleversées dans sa fureur.»

℞. Si nous avons reçu les biens de la main de Dieu, pourquoi n'en recevrons-nous pas les maux? * Le Seigneur a donné, le Seigneur a ôté; comme il a plu au Seigneur, ainsi est-il arrivé : que le nom du Seigneur soit béni. †. Je suis sorti nu du sein de ma mère, et nu j'y retournerai. Le.

LEÇON II

[... à sa puissance?]

QUI cômmoveit terram de loco suo, et colúmnæ ejus concutiúntur; qui præcipit soli, et non óritur, et stellas claudit quasi sub signáculo; qui exténdit cælos solus, et gráditur super fluctus maris; qui facit Arctúrum et Oríona et Hyadas et interióra Austri; qui facit magna et incomprehensibília et mirabília, quorum non est númerus.

C'EST lui qui remue la terre de sa place, — et fait que ses colonnes sont renversées. — C'est lui qui commande au soleil, et le soleil ne se lève pas; — et qui renferme les étoiles, comme sous un sceau. — C'est lui qui seul étend les cieux, — et marche sur les flots de la mer. — C'est lui qui a fait l'Ourse, Orion et les Hyades et *les Chambres du Sud*¹. — C'est lui qui fait des choses grandes, incompréhensibles — et des merveilles sans nombre. »

1. Nom propre d'une constellation. La Vulgate en a fait un nom commun : *interiora*.

Ὶ. Antequam cómedam suspiro, et tamquam inundántes aquæ sic rugítus meus ; quia timor, quem timébam, événit mihi, et quod verébar áccidit. Nonne dissimulávi ? nonne sílui ? nonne qui évi ? * Et venit super me indignátio. Ὶ. Ecce non est auxiliúm mihi in me, et necessarij quoque mei recessérunt a me. Et.

Ὶ. Avant de manger je soupire, et comme un bruit d'inondation, mon gémissément. Ce que je craignais m'est arrivé, ce que je redoutais a fondu sur moi. N'ai-je point gardé la réserve, le silence, le calme ? * Et l'indignation est venue sur moi. Ὶ. Je suis dénué de tout secours, mes amis eux-mêmes se sont retirés de moi. Et.

LEÇON III

[Dieu ne doit de comptes à personne.]

SI vénerit ad me, non vidébo eum ; si abierit, non intélligam ; si repénte intéroget, quis respondébit ei vel quis dícere potest : Cur ita facis ? Deus, cujus iræ nemo résistere potest, et sub quo curvántur qui portant orbem ; quantus ergo sum ego, ut respóndeam ei, et loquar verbis meis cum eo ? Qui, étiam si habúero quíppiam justum, non respondébo, sed meum júdicem deprecábor. Et, cum invocántem exaudierit me, non credo quod audierit vocem meam. In túrbine enim cón-

« S'IL vient à moi, je ne le verrai pas : — s'il s'en va, je ne m'en apercevrai pas. — S'il interroge soudain, qui lui répondra ? — ou qui peut lui dire : Pourquoi faites-vous ainsi ? — Dieu, à sa colère personne ne peut résister ; — sous lui se courbent ceux qui portent l'univers. — Quelle grandeur est donc la mienne, pour que je lui réponde — et que je lui parle avec mes propres paroles ? — Quand j'aurais en moi quelque justice, — je ne répondrais rien, mais j'implorerais mon juge. — Lors même qu'il aurait exaucé mon invocation, — je ne croirais pas qu'il écoute ma voix. — Car il me brisera dans un

teret me, et multiplicabit
vulnera mea, etiam sine
causa.

℞. Quare detraxistis
sermónibus veritatis? ad
incredpandum verba com-
ponistis et subvertere ni-
timini amicum vestrum :
* Verumtamen quæ cogi-
tastis, expléte. ŷ. Quod
justum est, judicáte; et
non inveniétis in lingua
mea iniquitatem. Verum-
tamen. Glória Patri. Ve-
rumtamen.

tourbillon, — et il multi-
pliera mes plaies, même sans
raison. »

℞. Pourquoi blâmez-vous
des paroles de vérité? Vous
forgez des phrases de re-
proches, et vous vous effor-
cez de réduire à rien votre
ami. * Achevez donc de
réaliser vos pensées. ŷ. Ju-
gez selon la justice, et vous
ne trouverez pas d'iniquité
sur ma langue. Achevez
donc. Gloire au Père. Ache-
vez donc.

AU II^e NOCTURNE

LEÇON IV

Ex libro Morálium
sancti Gregórii Papæ

Du livre des Morales
de saint Grégoire Pape

Livre 9, chap. 2

[Commentaire de deux phrases de Job.]

VERE scio quod ita sit,
et quod non justifi-
cabitur homo compósitus
Deo. Homo quippe Deo
non compósitus justitiam
pércepit, compósitus amit-
tit; quia quisquis se auc-
tóri bonórum cómparat,
bono se, quod accéperat,
privat. Qui enim accépta
bona sibi árrogat, suis
contra Deum donis pu-
gnat. Unde ergo despéc-

ASSURÉMENT, dit Job, je
sais qu'il en est ainsi,
et que l'homme, si on le
compare à Dieu, ne sera pas
trouvé juste. En effet l'homme
qui paraît juste tant qu'on
ne le met pas en parallèle
avec Dieu, perd cette appa-
rence si l'on fait ce paral-
lèle. Car quiconque se
compare à l'auteur des biens,
se prive du bien qu'il avait
reçu. Quiconque s'attribue
les biens qu'il a reçus, lutte
contre Dieu avec ses propres

tus erigitur, dignum est ut erectus inde destruatur. Sanctus autem vir, quia omne virtutis nostræ méritum esse vitiū cōspicit, si ab intéro árbitro distrícte judicetur, recte subjúngit : Si volúerit conténdere cum eo, non póterit respondere ei unum pro mille.

℞. Indúta est caro mea putrédine, et sórdibus púlveris cutis mea áruit et contrácta est : * Meménto mei, Dómine, quóniam ventus est vita mea. †. Dies mei velócius transiérunt quam a texénte tela succíditur, et consumpti sunt absque ulla spe. Meménto.

dons. Aussi est-il juste que l'orgueilleux soit abattu par cela même qui exalte les humbles. Mais le saint homme Job sait bien, lui, que tout le mérite de notre vertu n'est que vice, si le juge intérieur le juge rigoureusement ; et il ajoute avec raison : *Si l'homme veut disputer avec Dieu, il ne pourra lui répondre une chose sur mille.*

℞. Ma chair est revêtue de pourriture ; sous les souillures de la poussière, ma peau s'est desséchée et gercée : * Souvenez-vous de moi, Seigneur, car ma vie n'est qu'un souffle. †. Mes jours ont passé plus vite que la trame coupée par le tisserand, ils sont consumés sans aucun espoir. Souvenez-vous.

LEÇON V

IN Scriptúra sancta milenárius pro universitate solet intélligi. Hinc etenim Psalmísta ait : Verbi, quod mandávit in mille generatiónes : cum profécto constet, quod ab ipso mundi exórdio usque ad Redemptóris advéntum per Evangelístam non

LE nombre mille, dans l'Écriture sainte, marque ordinairement l'universalité. Ainsi doit s'entendre ce que dit le Psalmiste : *Il s'est souvenu de la parole qu'il a prescrite pour mille générations*¹ ; car il est certain que l'Évangéliste n'en compte pas plus

1. Ps. 104, 8.

âmplius quam septuaginta et septem propâgines numerentur. Quid ergo in millenârio número nisi ad proferendam novam sóbolem perfectâ univérsitas præscitæ generatiónis exprimitur? Hinc et per Joánnem dicitur : Et regnábunt cum eo mille annis ; quia videlicet regnum sanctæ Ecclésiæ universitátis perfectiône solidátur.

ⲙ. Páucitas diérum meórum finiétur brevi ; dimítte me, Dómine, ut plangam páululum dolórem meum, * Antequam vadam ad terram tenebrósam et opértam mortis calígine. †. Manus tuæ, Dómine, fecérunt me, et plasmavérunt me totum in circúitu ; et sic repente præcípitas me ? Antequam.

de soixante-dix-sept, du commencement du monde à l'avènement du Rédempteur. Qu'exprimerait donc le nombre mille, s'il n'exprimait pas l'universalité complète de la génération divinement prédestinée à produire une race nouvelle ? D'où aussi cette parole de Jean : *Et ils régneront avec lui pendant mille ans*¹, puisque, évidemment, l'universalité parfaite achève d'établir le règne de la sainte Église.

ⲙ. Le petit nombre de mes jours finira bientôt. Laissez-moi, Seigneur, que je pleure un peu ma douleur, * Avant que j'aie dans la terre ténébreuse, couverte de l'obscurité de la mort. †. Vos mains, Seigneur, m'ont formé et façonné tout entier, et soudain vous me précipitez ? Avant.

LEÇON VI

QUA vero monas decies multiplicata in denarium ducitur, denarius per semetipsum ductus in centenarium dilatatur qui rursus per denarium

OR, l'unité dix fois répétée produit la dizaine ; la dizaine multipliée par elle-même donne la centaine, qui, remultipliée par dix, arrive jusqu'à mille. Puis-

1. Apoc. 20, 6.

ductus in millenarium tenditur; cum ab uno incipimus, ut ad millenarium veniamus, quid hoc loco unius appellatione, nisi bene vivendi initium? Quid millenarii numeri amplitudine, nisi ejusdem bonae vitae perfectio designatur? Cum Deo autem contendere, est, non ei tribuere, sed sibi gloriam suae virtutis arrogare. Sed sanctus vir conspiciat, quia et qui summa jam dona percipit, si de acceptis extollitur, cuncta quae acciperat, amittit.

℞. Non abscondas me, Domine, a facie tua: manum tuam longe fac a me, * Et formido tua non me terreat. †. Corrripe me, Domine, in misericordia, non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me. Et. Gloria Patri. Et.

que nous commençons par un pour arriver à mille, que représente ici l'unité, sinon le commencement d'une bonne vie? Et que représente la grandeur du nombre mille, sinon le terme parfait de cette bonne vie? Mais entrer en discussion avec Dieu, c'est lui refuser et s'attribuer à soi-même le mérite de la vertu qu'on a. Or, que l'homme saint considère bien ceci : eût-on reçu déjà les dons les plus excellents, quand on s'en glorifie, on perd tous ces dons reçus.

℞. Ne me cachez pas, Seigneur, loin de votre face : éloignez de moi votre main, * Et que votre crainte ne m'épouvante pas. †. Corrigez-moi, Seigneur, avec miséricorde, et non dans votre colère, de peur que vous me réduisiez à rien. Et. Gloire au Père. Et.

LUNDI LEÇON I

De libro Job

Du livre de Job

Chapitre 27, 1-15

[Nouveau discours de Job.

Je ne renierai pas mon innocence.]

ADDIDIT quoque Job **J**OB, reprenant encore son
assumens parabolam poème¹, dit : «Vive Dieu,

1. L'exposé poétique de son cas énigmatique d'homme juste, d'abord heureux, maintenant malheureux, sans avoir cessé d'être iuste.

suam et dixit : Vivit Deus, qui abstulit iudicium meum, et Omnipotens, qui ad amaritudinem adduxit animam meam. Quia, donec superest habitus in me, et spiritus Dei in naribus meis, non loquentur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium. Absit a me, ut justos vos esse iudicem ; donec deficiam, non recedam ab innocentia mea.

Ṛ. Versa est in luctum cithara mea, et organum meum in vocem flentium : * Parce mihi, Domine, nihil enim sunt dies mei. Ṛ. Cutis mea denigrata est super me, et ossa mea aruerunt. Parce.

qui a écarté mon jugement, — et le Tout-Puissant qui a plongé mon âme dans l'amertume ! — Tant qu'il y aura haleine en moi, — et un souffle de Dieu dans mes narines, — mes lèvres ne prononceront pas d'iniquité, — et ma langue ne murmurerà pas de mensonge. — Loin de moi que je juge que vous êtes justes ; — jusqu'à ce que je défaille, je ne renierai pas mon innocence ¹. »

Ṛ. Ma cithare ne rend plus que des accords lugubres, et mon chalumeau, des sons plaintifs : * Épargnez-moi, Seigneur, car mes jours ne sont rien. Ṛ. Ma peau s'est noircie, mes os se sont desséchés. Épargnez-moi.

LEÇON II

[Quel sera le sort de l'impie ?]

JUSTIFICATIONEM meam, quam cœpi tenere, non deseram ; neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. Sit ut impius inimicus meus, et adversarius meus quasi iniquus. Quæ est enim spes hypocritæ, si avare

« JE n'abandonnerai pas ma justification que j'ai commencé de soutenir ; — car mon cœur ne me reproche rien dans toute ma vie. — Que mon ennemi ait le sort de l'impie — et mon adversaire celui de l'injuste. Car quel est l'espoir d'un mécréant, quand il prie, —

1. En attribuant mon malheur au péché.

rápiat, et non líberet Deus ánimam ejus? Numquid Deus áudiet clamórem ejus, cum vénerit super eum angústia? Aut póterit in Omnipoténte delectári, et invocáre Deum omni témpore?

℞. Utinam appenderéntur peccáta mea, quibus iram mérui, * Et calámitas, quam pátiór, in statéra. †. Quasi aréna maris hæc gráviór appáreret, unde et verba mea dolóre sunt plena. Et.

Aux Octaves et aux Fêtes simples : Glória Patri. Et.

LEÇON III

[Son bonheur temporel se retournera contre lui.]

DOCEBO vos per manum Dei quæ Omnipotens hábeat, nec abscondam. Ecce vos omnes nostis, et quid sine causa vana loquimini? Hæc est pars hóminis ímpii apud Deum, et heréditas violentórum, quam ab Omnipoténte suscipient : si multiplicáti fúerint filii ejus, in gládio erunt, et

« **J**E vous enseignerai, avec le secours de Dieu, — ce que fait le Tout-Puissant, — et je ne le cacherai pas. — Mais vous tous, vous le savez ; — et pourquoi dites-vous sans raison des choses vaines? — Voici la part d'un homme impie devant Dieu, — et l'héritage que les violents recevront du Tout-Puissant. — Si les enfants se multiplient, ils appartiendront au glaive ; —

x. Nous mettons ici la traduction critique, parce que celle de la Vulgate ne donne pas un sens qui s'accorde avec le contexte : *Quid est l'espoir d'un hypocrite, s'il ravit par avarice, et que Dieu ne délivre point son âme?*

nepótes ejus non satura-
búntur pane ; qui réliqui
fúerint ex eo sepeliéntur
in intéritu, et víduæ illius
non plorábunt.

RV. Quare detraxístis
sermónibus veritátis ? ad
increpándum verba com-
pónitis et subvértere ni-
tímmini amicum vestrum :
* Verúm tamen quæ cogi-
tástis, expléte. V. Quod
justum est, judicáte ; et
non inveniétis in lingua
mea iniquitátem. Verúm-
tamen. Glória Patri. Ve-
túm tamen.

et ses descendants ne se rassa-
sieront pas de pain. — Ceux
qui resteront de lui seront
ensevelis dans leur ruine, — et
ses veuves ne pleureront pas.»

RV. Pourquoi blâmez-vous
des paroles de vérité ? Vous
forgez des phrases de re-
proches, et vous vous effor-
cez de réduire à rien votre
ami : * Achevez donc de
réaliser vos pensées. V. Ju-
gez selon la justice, et vous
ne trouverez pas d'iniquité
sur ma langue. Achevez
donc. Gloire. Achevez donc.

MARDI
LEÇON I

De libro Job

Du livre de Job

Chapitre 28, 12-28

[Suite du discours de Job : sur la sagesse.
Elle ne s'acquiert pas à prix d'or.]

SAPIENTIA ubi invenitur ?
et quis est locus intel-
ligentiæ ? Nescit homo
prætium ejus, nec invenit-
ur in terra suaviter vi-
ventium. Abyssus dicit :
Non est in me, et mare
lóquitur : Non est mecum.
Non dábitur aurum obrí-
zum pro ea, nec appen-
détur argéntum in com-
mutatióne ejus ; non con-
ferétur tinctis Indiæ coló-
ribus, nec lápidi sardó-

« **M**AIS la sagesse, où la
trouvera-t-on ? — Et
quel est le lieu de l'intelli-
gence ? — L'homme n'en
connaît pas le prix, — et
elle ne se trouve pas dans
la terre de ceux qui vivent
dans les délices. L'abîme
dit : Elle n'est pas en moi ;
la mer dit aussi : Elle n'est
pas chez moi. — On ne la
donnera pas pour l'or le plus
raffiné, — et on ne pèsera
pas d'argent pour son échan-

nycho pretiosíssimo vel sapphíro.

ᚱ. Indúta est caro mea putrédine, et sórdibus púlveris cutis mea áruit et contrácta est : * Memén-to mei, Dómine, quóniam ventus est vita mea. ᚱ. Dies mei velócius transiérunt quam a texénte tela succíditur, et consúmpti sunt absque ulla spe. Meménto.

ge. — On ne la comparera point aux tissus colorés de l'Inde, — ni à la sardoine très précieuse ou au saphir. »

ᚱ. Ma chair est revêtue de pourriture ; sous les souillures de la poussière, ma peau s'est desséchée et gercée : * Souvenez-vous de moi, Seigneur, car ma vie n'est qu'un souffle. ᚱ. Mes jours ont passé plus vite que la trame coupée par le tisserand, ils sont consumés sans aucun espoir. Souvenez-vous.

LEÇON II

[La sagesse a une origine secrète.]

NON adæquábitur ei aurum vel vitrum, nec commutabúntur pro ea vasa auri. Excélsa et eminentia non memorabúntur comparatióne ejus ; tráhitur autem sapiéntia de occúltis. Non adæquábitur ei topázus cœlæ Æthiópia, nec tinctúræ mundíssimæ componétur. Unde ergo sapiéntia venit ? et quis est locus intelligentiæ ? Abscóndita est ab óculis ómnium vivéntium ; vólucres quoque cœli latet. Perdítio et mors dixérunt : Auribus

« ON ne lui égalera point l'or ou le verre, — et on ne l'échangera point contre des vases d'or. — *Les coraux et le cristal*¹ ne seront pas même nommés auprès d'elle ; — mais la sagesse a une origine secrète. — On ne lui égalera pas la topaze de l'Éthiopie, — et on ne la comparera pas aux teintures les plus éclatantes. — D'où vient donc la sagesse, — et quel est le lieu de l'intelligence ? — Elle est cachée aux yeux de tous les vivants ; — elle est inconnue aux oiseaux

1. Vulgate : *Les choses élevées et éminentes.*

nostris audívimus famam ejus.

℞. Páucitas diérum meórum finiétur brevi; dimítte me, Dómine, ut plangam páululum dolórem meum, * Antequam vadam ad terram tenebrósam et opértam mortis calligine. †. Manus tuæ, Dómine, fecérunt me, et plasmavérunt me totum in circúitu; et sic repénte præcípitas me? Antequam.

Aux Octaves et aux Fêtes simples : Glória. Antequam.

LEÇON III

[C'est Dieu qui a décidé que la sagesse consiste en la crainte de Dieu.]

DEUS intélligit viam ejus, et ipse novit locum illius; ipse enim fines mundi intuétur, et ómnia, quæ sub cælo sunt, réspicit. Qui fecit ventis pondus, et aquas appéndit in mensúra. Quando ponébat plúviis legem et viam procéllis sonántibus, tunc vidit illam et enarrávit et præparávit et investigávit. Et dixit hómini : Ecce timor Dómini, ipsa est sapiéntia, et

du ciel. — La perdition et la mort ont dit : — Nous avons oui, de nos oreilles, sa renommée. »

℞. Le petit nombre de mes jours finira bientôt. Laissez-moi, Seigneur, que je pleure un peu ma douleur, * Avant que j'aïlle dans la terre ténébreuse, couverte de l'obscurité de la mort. †. Vos mains, Seigneur, m'ont formé et façonné tout entier, et soudain vous me précipitez. Avant.

« **C'**EST Dieu qui comprend sa voie. — et c'est lui qui connaît son lieu. — Car c'est lui qui observe les extrémités du monde, — et qui considère tout ce qui est sous le ciel. — C'est lui qui a fait un poids aux vents, — et qui a pesé les eaux avec une mesure. — Quand il imposait aux pluies une loi, — et une voie aux orages tonnants; — c'est alors qu'il la vit et la raconta, — qu'il la prépara et la scruta. — Et il dit à l'homme : Voici que la crainte du Sei-

recedere a malo, intelligentia.

ꝛ. Non abscondas me, Dómine, a fácie tua : manum tuam longe fac a me, * Et formído tua non me térreat. ʒ. Córripe me, Dómine, in misericórdia, non in furóre tuo, ne forte ad níhilum rédigas me. Et. Glória Patri. Et.

gneur est la sagesse elle-même, et s'éloigner du mal est l'intelligence ¹. »

ꝛ. Ne me cachez pas, Seigneur, loin de votre face ; éloignez de moi votre main, * Et que votre crainte ne m'épouvante pas. ʒ. Corrigez-moi, Seigneur, avec miséricorde, et non dans votre colère, de peur que vous me réduisiez à rien. Et. Gloire au Père. Et.

MERCREDI

LEÇON I

De libro Job

Du livre de Job

Chapitre 31, 1-18

[Dernier discours de Job.
Mon respect de la jeune fille.]

PEPIGI fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de vírgine. Quam enim partem habéret in me Deus désuper, et hereditatem Omnípotens de excélsis? Numquid non perditio est iníquo, et alienatio operántibus injustitiam? Nonne ipse considerat vias meas, et cunctos gressus meos dinúmerat? Si ambulávi in vanitáte, et festinávit in

« **J'**AI fait un pacte avec mes yeux, — pour ne pas même penser à une vierge. — Car autrement quelle part d'en-haut aurait Dieu pour moi, — et quel lot m'enverrait, des cieux, le Tout-Puissant? — Est-ce que la ruine n'est pas pour le méchant, — et la tribulation pour ceux qui opèrent l'injustice? — Dieu ne considère-t-il pas mes voies? — et tous mes pas, ne les compte-t-il point? — Est-ce que j'ai marché dans

1. Ce dernier verset est une conclusion pratique ajoutée au poème de la Sagesse, consacré tout entier à nous dire que Dieu seul la connaît et peut en disposer.

dolo pes meus, appéndat
me in statéra justa, et sciat
Deus simplicitátem
meam.

℞. Quis mihi tríbuat,
ut in inférno prótegas me
et abscondas me, donec
pertránseat furor tuus,
Dómine, nisi tu, qui solus
es Deus? * Et constitúas
mihi tempus, in quo re-
cordéris mei? †. Num-
quid sicut dies hóminis
dies tui, ut quæras iniqui-
tátem meam; cum sit
nemo, qui de manu tua
possit erúere? Et.

la vanité? — Est-ce que mon
pied s'est hâté dans la ruse?
— Que Dieu me pèse dans
une balance juste, — et qu'il
connaisse ma simplicité. »

℞. Qui m'accordera que
vous me protégez et me
cachiez dans le schéol, jus-
qu'à ce que passe votre
fureur, Seigneur, sinon vous
qui seul êtes Dieu? * Et
que vous me fassiez un temps
où vous vous souveniez de
moi? †. Vos jours sont-ils
semblables aux jours des
hommes, pour que vous
cherchiez mon iniquité, alors
que personne ne peut échap-
per à votre main? Et.

LEÇON II

[Mon respect de la femme d'autrui.]

SI declinávit gressus
meus de via, et si se-
cútum est óculos meos
cor meum, et si mánibus
meis adhæsit mácula, se-
ram, et álius cómedat, et
progénies mea eradícetur.
Si decéptum est cor meum
super muliere, et si ad
óstium amíci mei insi-
diátus sum, scortum al-
térius sit uxor mea, et
super illam incurvéntur
álii. Hoc enim nefas est
et iníquitas máxima; ignis

« **Q**UE si mon pas s'est
détourné de la voie, —
et si mon cœur a suivi mes
yeux, — et si à mes mains
s'est attachée quelque souil-
lure, — que je sème et
qu'un autre mange, — et
que ma race soit arrachée
jusqu'à la racine. — Si mon
cœur a été séduit au sujet
d'une femme, — et si, à la
porte de mon ami, j'ai dressé
des embûches; — que ma
femme soit la prostituée
d'un autre, — et que d'autres
la déshonorent. — (Car l'a-
dultère est un crime énorme,

est usque ad perditionem
dévorans et ómnia eradí-
cans genímína.

᚛. Utinam appende-
réntur peccáta mea, qui-
bus iram mérui, * Et
calámitas, quam pátiór, in
statéra. ᚞. Quasi aréna
maris hæc gráviór appa-
réret, unde et verba mea
dólore sunt plena. Et.

Aux Octaves et aux Fêtes simples : Glória Patri. Et.

LEÇON III

[Mon respect des serviteurs et des pauvres.]

SI contémpsi subíre ju-
díciúm cum servo meo
et ancílla mea, cum dis-
ceptárent advérsúm me :
quid enim fáciám, cum
surréxerit ad judicándum
Deus? et, cum quæsíerit,
quid respondébo illi?
Numquid non in útero
fecit me, qui et illum ope-
rátus est? et formávit me
in vulva unus? Si negávi,
quod volébant, paupé-
ribus et óculos víduæ ex-
spectáre feci; si comédi
buccéllam meam solus, et
non comédit pupíllus ex

et une iniquité très grande¹.)
— C'est un feu qui dévore
jusqu'à la perdition — et
qui consume toutes les
productions. »

᚛. Puisse-t-on peser mes
péchés, qui m'ont mérité
votre colère, * Et mettre
sur cette balance la cala-
mité dont je souffre. ᚞.
Comme le sable de la mer,
elle serait plus pesante;
voilà pourquoi mes paroles
sont pleines de douleur. Et.

« SI j'ai dédaigné d'aller
en jugement avec mon
serviteur — et avec ma
servante, lorsqu'ils dispu-
taient contre moi, — que
ferai-je lorsque Dieu se lè-
vera pour me juger, — et
lorsqu'il m'interrogera, que
lui répondrai-je? — N'est-ce
pas celui qui m'a fait dans
le sein, qui l'a fait lui aussi,
— et le même qui nous a
formés dans le sein? — Si
j'ai refusé aux pauvres ce
qu'ils voulaient, — et si
j'ai fait attendre les yeux de
la veuve, — si j'ai mangé
seul ma bouchée de pain, —
et si l'orphelin n'en a pas

1. Probablement glose de copiste.

ea (quia ab infántia mea crevit mecum miserátio, et de útero matris meæ egréssa est mecum).

℞. Quare detraxístis sermónibus veritátis? ad increpándum verba compónitis et subvértere nitímini amícum vestrum : * Verúm tamen quæ cogitástis, expléte. ŷ. Quod justum est, judicáte; et non inveniétis in lingua mea iniquitátem. Verúm tamen. Glória Patri. Verúm tamen.

mangé aussi, — car dans mon enfance la compassion a grandi avec moi, — et du sein de ma mère elle est sortie avec moi. »

℞. Pourquoi blâmez-vous des paroles de vérité? Vous forgez des phrases de reproches, et vous vous efforcez de réduire à rien votre ami : * Achevez donc de réaliser vos pensées. ŷ. Jugez selon la justice, et vous ne trouverez pas d'iniquité sur ma langue. Achevez donc. Gloire au Père. Achevez donc.

JEUDI
LEÇON I

De libro Job

Du livre de Job

Chapitre 38, 1-20

[Discours de Dieu.
D'où vient la terre?]

RESPONDENS autem Dóminus Job de túrbine, dixit : Quis est iste invólvens senténtias sermónibus imperítis? Accínge, sicut vir, lumbos tuos; interrogábo te et respónde mihi. Ubi eras quando ponébam fundamenta terræ? Indica mihi, si habes intelligéntiam. Quis pósuit mensúras ejus, si nosti? vel quis teténdit super eam líneam? Super quo bases

OR, répondant à Job du milieu d'un tourbillon, le Seigneur dit : « Quel est celui qui enveloppe ses pensées de discours maladroits? — Ceins tes reins comme un homme de cœur, — je t'interrogerai, et réponds-moi. — Où étais-tu quand je posais les fondements de la terre? — Dis-le moi, si tu as de l'intelligence. — Qui a établi ses mesures, le sais-tu? — ou qui a tendu sur elle le cordeau? — Sur

illius solidatæ sunt? aut quis demisit lapidem angularem ejus, cum me laudarent simul astra matutina, et jubilarent omnes filii Dei?

¶. Si bona suscepimus de manu Dei, mala autem quare non sustineamus? * Dominus dedit, Dominus abstulit; sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum. †. Nudus egressus sum de utero matris meæ et nudus revertar illuc. Dominus.

quoi ses bases ont-elles été affermies? — ou qui a posé sa pierre angulaire, — lorsque les astres du matin me louaient en chœur, — et quand jubilaient tous les fils de Dieu? »

¶. Si nous avons reçu les biens de la main de Dieu, pourquoi n'en recevrons-nous pas les maux? * Le Seigneur a donné, le Seigneur a ôté; comme il a plu au Seigneur, ainsi est-il arrivé: que le nom du Seigneur soit béni. †. Je suis sorti nu du sein de ma mère, et nu j'y retournerai. Le Seigneur.

LEÇON II

[D'où vient la mer?]

QUI conclusit ostiis mare, quando erumpēbat quasi de vulva procedens, cum pōnerem nubem vestimentum ejus, et caligine illud, quasi pannis infāntiæ, obvōlverem? Circūdedi illud tēminis meis, et pōsui vectem et ostia, et dixi: Usque huc vēnies, et non procedes āmplius, et hic confringes tumētes fluctus tuos. Numquid post ortum tuum præcepisti di-

QUI a renfermé la mer dans des portes, — quand elle s'élançait comme sortant du sein, — quand je lui mettais une nuée pour vêtement, — et que je l'enveloppais de brume, comme des langes de l'enfance? — Je l'ai environnée de mes limites — j'y ai mis un verrou et une porte à deux battants; — et j'ai dit: Tu viendras jusque-là, et tu n'iras pas plus loin; — et ici tu briseras tes flots orgueilleux. — Depuis ta naissance, as-tu commandé

lúculo, et ostendísti auróræ locum suum? Et tenuísti concútiens extrémã terræ, et excussísti impios ex ea?

Ṛ. Antequam cómedam suspíro, et tamquam inundántes aquæ sic rugítus meus; quia timor, quem timébam, événit mihi, et quod verébar áccidit. Nonne dissimulávi? nonne sílui? nonne quiévi? * Et venit super me indignátio. ṽ. Ecce non est auxiliúm mihi in me, et necessarij quoque mei recessérunt a me. Et.

au matin, — et as-tu montré à l'aurore son lieu? — Et as-tu tenu, en les ébranlant, les extrémités de la terre — et en as-tu secoué les impies? »

Ṛ. Avant de manger je soupire, et comme un bruit d'inondation, mon gémissément; ce que je craignais m'est arrivé, ce que je redoutais a fondu sur moi. N'ai-je point gardé la réserve, le silence, le calme? * Et l'indignation est venue sur moi. ṽ. Je suis dénué de tout secours, mes proches eux-mêmes se sont retirés de moi. Et.

Aux Octaves et aux Fêtes simples : Glória Patri. Et.

LEÇON III

[D'où vient la lumière?]

RESTITUETUR ut lutum signáculum, et stabit sicut vestiméntum : auferétur ab ímpiis lux sua, et bráchium excélsu[m] confringétur? Numquid ingrèssus et profúnda maris, et in novíssimis abyssi deambulásti? Numquid apértæ sunt tibi portæ

ELLE devient comme de la terre modelée, — et elle se teint comme un vêtement¹. La lumière des impies leur sera ôtée, — et leur bras levé sera brisé. — Est-ce que tu es entré dans les profondeurs de la mer, — et as-tu marché dans les profondeurs de l'abîme? — Est-ce que les portes de la

1. Nous donnons la traduction critique, qui dépeint les effets de l'aurore, donnant à la terre une couleur rose pareille à celle de l'argile du modelleur, et modelant les contours des objets qu'elle manifeste alors à nos yeux. La traduction de la Vulgate est très obscure : *Le sceau sera rétabli comme une boue et se teindra comme un vêtement.*

mortis, et óstia tenebrósa vidísti? Numquid considerásti latitúdinem terræ? Indica mihi, si nosti, ómnia : in qua via lux hábitet, et tenebrárum quis locus sit ; ut ducas unumquódque ad términos suos, et intélligas sémitas domus ejus.

Ꝛ. Quare detraxístis sermónibus veritátis? ad increpándum verba compónitis et subvértere nitímmini amícum vestrum : * Verúm tamen quæ cogitástis, expléte. ʒ. Quod justum est, judicáte ; et non inveniétis in lingua mea iniquitátem. Verúm tamen. Glória Patri. Verúm tamen.

mort ont été ouvertes pour toi? — et les portes ténébreuses, les as-tu vues? — As-tu considéré l'étendue de la terre? — Indique-moi, si tu les connais, toutes ces choses ; — en quelle voie la lumière habite, — et quel est le lieu des ténèbres ; — en sorte que tu conduises chacune d'elles à son terme, — et que tu connaisses les sentiers de leur demeure. »

Ꝛ. Pourquoi blâmez-vous des paroles de vérité? Vous forgez des phrases de reproches, et vous vous efforcez de réduire à rien votre ami : * Achevez donc de réaliser vos pensées. ʒ. Jugez selon la justice, et vous ne trouverez pas d'iniquité sur ma langue. Achevez donc. Gloire au Père. Achevez donc.

VENDREDI

LEÇON I

De libro Job

Du livre de Job

Chapitre 40, 1-11

[Essaie donc ta puissance.]

RESPONDENS autem Dóminus Job de túrbine, dixit : Accíngesicut vir lumbos tuos ; interrogábo te, et índica mihi. Numquid írritum fácies júdícium meum, et con-

RÉPONDANT à Job du milieu d'un tourbillon, le Seigneur dit : « Ceins tes reins comme un homme, — je t'interrogerai, et réponds-moi. — Est-ce que tu rendras vain mon juge-

demnábis me, ut tu justificéris? Et, si habes brá-chium sicut Deus, et si voce símili tonas, circúm-da tibi decórem et in sublíme erígere, et esto gloriósus et speciósus indüere véstibus.

℞. Indúta est caro mea putrédine, et sórdibus púlveris cutis mea áruit et contrácta est : * Meménto mei, Dómine, quóniam ventus est vita mea. †. Dies mei velócius transiérunt quam a texénte tela succíditur, et consumpti sunt absque ulla spe. Meménto.

ment ; — et me condamneras-tu, pour que toi, tu sois justifié? — Et as-tu un bras comme Dieu, — et tonnes-tu d'une voix semblable? — Environne-toi de majesté, et élève-toi dans les airs, — et sois glorieux, et revêts-toi de splendides vêtements. »

℞. Ma chair est revêtue de pourriture ; sous les souillures de la poussière, ma peau s'est desséchée et gercée : * Souvenez-vous de moi, Seigneur, car ma vie n'est qu'un souffle. †. Mes jours ont passé plus vite que la trame coupée par le tisserand, ils sont consumés, sans aucun espoir. Souvenez-vous. »

LEÇON II

DISPERGE superbos in furóre tuo, et respiciens omnem arrogántem humília ; respice cunctos superbos et confúnde eos, et cóntere ímpios in loco suo ; absconde eos in púlvere simul, et fácies eórum demérge in fóveam ; et ego confitébor quod salváre te possit délixtera tua. Ecce Béhémoth, quem feci tecum,

DISSIPE les superbes dans ta fureur, — et d'un regard, humilie tout arrogant. — Regarde tous les superbes et confonds-les ; — et écrase les impies, sur place. — Cache-les dans la poussière tous ensemble, — et plonge leur face dans la fosse. — Et moi je confesserai que ta droite peut te sauver. — Voici Béhémoth¹ que j'ai fait avec toi, — il

1. L'hippopotame.

fœnum, quasi bos, comedet. Fortitúdo ejus in lumbis ejus, et virtus illius in umbilico ventris ejus.

℞. Páucitas diérum meórum finiétur brevi; dimítte me, Dómine, ut plangam páululum dolórem meum, * Antequam vadam ad terram tenebrósam et opértam mortis caligine. √. Manus tuæ, Dómine, fecérunt me, et plasmavérunt me totum in circúitu; et sic repénte præcípitas me? Antequam.

Aux Octaves et aux Fêtes simples : Glória Patri. Antequam.

LEÇON III

Chapitre 42, 1-16

[Réponse de Job : j'accepte sans contester avec Dieu.]

RESPONDENS autem Job Dómino dixit : Scio quia ómnia potes, et nulla te latet cogitatio. Quis est iste qui celat consílium absque sciéntia? Ideo insipiénter locútus sum, et quæ ultra modum excéderent sciéntiam meam. Audi, et ego loquar; interrogábo te, et respónde mihi. Audítu auris audívi te; nunc autem óculus meus videt te. Idcirco

mangera du foin comme le bœuf. » Sa force est dans ses reins, et sa vertu dans le centre de son ventre.

℞. Le petit nombre de mes jours finira bientôt. Laissez-moi, Seigneur, que je pleure un peu ma douleur, * Avant que j'aie dans la terre ténébreuse, couverte de l'obscurité de la mort. √. Vos mains, Seigneur, m'ont formé et façonné tout entier, et soudain vous me précipitez. Avant.

ALORS, répondant au Seigneur, Job dit : « Je sais que tu peux tout, — et qu'aucune pensée ne t'est cachée. — Quel est celui qui, dans sa sottise, essaie de cacher ses desseins (à Dieu)? — C'est pourquoi j'ai parlé d'une manière insensée, — dépassant vraiment trop la mesure de ma science. — Écoute, et moi je parlerai; — je t'interrogerai, et réponds-moi. — J'avais entendu, par ouï-dire, parler de toi; — mais maintenant

ipse me reprehéndo, et ago pœniténtiam in favilla et cínere.

℞. Non abscondas me, Dómine, a fácie tua : manum tuam longe fac a me, * Et formído tua non me térreat. √. Córripe me, Dómine, in misericórdia, non in furóre tuo, ne forte ad níhilum rédigas me. Et. Glória Patri. Et.

mon œil te voit. — C'est pourquoi je m'accuse moi-même, — et je fais pénitence dans la poussière et la cendre. »

℞. Ne me cachez pas, Seigneur, loin de votre face : éloignez de moi votre main, * Et que votre crainte ne m'épouvante pas. √. Corrigez-moi, Seigneur, avec miséricorde, et non dans votre colère, de peur que vous me réduisiez à rien. Et. Gloire au Père. Et.

SAMEDI

LEÇON I

De libro Job

Du livre de Job

Chapitre 42, 7-16

[Dieu blâme les amis de Job.]

POSTQUAM autem locútus est Dóminus verba hæc ad Job, dixit ad Eliphaz Themanítem : Irátus est furor meus in te et in duos amícos tuos, quóniam non estis locúti coram me rectum, sicut servus meus Job. Súmite ergo vobis septem tauros et septem arietes et ite ad servum meum Job et offérte holocáustum pro vobis ; Job autem servus meus orábit pro vobis.

OR, après que le Seigneur eut adressé ces paroles à Job, il dit à Eliphaz, le Thémánite : « Ma fureur s'est irritée contre toi et contre tes deux amis, parce que vous n'avez pas parlé devant moi avec droiture, comme mon serviteur Job. Prenez donc avec vous sept taureaux et sept béliers, et allez vers mon serviteur Job et offrez un holocauste pour vous. Or Job, mon serviteur, priera pour vous, j'accueil-

Fáciem ejus suscípíam, ut non vobis imputétur stultítia ; neque enim locúti estis ad me recta, sicut servus meus Job.

R. Quis mihi tríbuat, ut in inférno protégas me et abscóndas me, donec pertránseat furor tuus, Dómine, nisi tu, qui solus es Deus ? * Et constitúas mihi tempus, in quo recordéris mei ? †. Numquid sicut dies hóminis dies tui, ut quæras iniquitátem meam ; cum sit nemo, qui de manu tua possit erúere ? Et.

lerai sa face, afin que votre impudence ne vous soit point imputée ; car vous ne m'avez pas parlé avec droiture, comme mon serviteur Job. »

R. Qui m'accordera que vous me protégez et me cachiez dans le schéol, jusqu'à ce que passe votre fureur, Seigneur, sinon vous qui seul êtes Dieu ? * Et que vous me fassiez un temps où vous vous souveniez de moi ? †. Vos jours sont-ils semblables aux jours des hommes, pour que vous cherchiez mon iniquité, alors que personne ne peut échapper à votre main ? Et.

LEÇON II

[Dieu rétablit Job au double de son état premier.]

ABIERUNT ergo Eliphaz Themanítes et Baldad Suhítes et Sophar Naamathítes, et fecérunt sicut locútus fúerat Dóminus ad eos, et suscepit Dóminus fáciem Job. Dóminus quoque convérsus est ad pœniténtiam Job, cum oráret ille pro amícis suis ; et áddidit Dóminus ómnia, quæcúmque fúerant Job, duplícia. Venérunt autem ad eum omnes fratres sui et univérsæ soróres suæ et cunc-

ELIPHAZ le Thémanite, et Baldad le Suhite, et Sophar le Naamathite, s'en allèrent donc, et firent comme leur avait dit le Seigneur, et le Seigneur accueillit la face de Job, lorsqu'il priait pour ses amis. Et le Seigneur rendit au double tout ce qui avait appartenu à Job. Alors vinrent vers lui tous ses frères, et toutes ses sœurs, et tous ceux qui l'avaient connu auparavant,

ti, qui nóverant eum prius, et comedérunt cum eo panem in domo ejus; et movérunt super eum caput, et consoláti sunt eum super omni malo, quod intúlerat Dóminus super eum, et dedérunt ei unusquísque ovem unam et ináurem áuream unam.

℞. Utinam appenderéntur peccáta mea, quibus iram mérui, * Et calámitas, quam pátiar, in statéra. †. Quasi aréna maris hæc gráviar appáreret, unde et verba mea dolóre sunt plena. Et.

Aux Octaves simples et à l'Office de la Sainte Vierge, le Samedi : Glória Patri. Et.

LEÇON III

DOMINUS autem benedixit novíssimis Job magis quam princípío ejus; et facta sunt ei quatuórdecim millia óvium et sex millia camelórum et mille juga boum et mille ásinæ, et fuérunt ei septem filii et tres filiæ, et vocávit nomen unius Diem et nomen secúndæ Cássiam et nomen tértiæ Cornus-

et ils mangèrent avec lui dans sa maison, et ils secouèrent la tête sur lui, et ils le consolèrent de tout le mal que lui avait envoyé le Seigneur, et ils lui donnèrent chacun une brebis et un pendant d'oreille d'or.

℞. Puisse-t-on peser mes péchés, qui m'ont mérité votre colère, * Et mettre sur cette balance la calamité dont je souffre. †. Comme le sable de la mer, elle serait plus pesante; voilà pourquoi mes paroles sont pleines de douleur. Et.

MAIS le Seigneur bénit Job dans ses derniers jours plus que dans ses premiers. Et il eut quatorze mille brebis, six mille chameaux, mille paires de bœufs et mille ânesses. Il eut aussi sept fils et trois filles. Et il appela le nom de l'une, *Colombe*¹, le nom de la seconde, *Cinnamome*, et le nom de la troisième, *Corne*

1. Nous donnons les noms de la traduction critique du texte original. (*Le livre de Job*, collection des ÉTUDES BIBLIQUES, E. Dhorme.) La Vulgate dit : *Jour, Cassie, Cornustibie*.

tíbbi. Non sunt autem in-
 véntæ mulieres speciósæ
 sicut filiæ Job in univér-
 sa terra ; deditque eis pater
 suus hereditátem inter
 fratres eárum. Vixit au-
 tem Job post hæc centum
 quadraginta annis, et vi-
 dit filios suos et filios fi-
 liórum suórum usque ad
 quartam generatióem ; et
 mórtuus est senex et ple-
 nus diérum.

℞. Quare detraxístis
 sermónibus veritátis ? ad
 increpándum verba com-
 pónitis et subvértere ni-
 tímmini amicum vestrum :
 * Verúm tamen quæ cogi-
 tátis, expléte. ŷ. Quod
 justum est, judicáte ; et
 non inveniétis in lingua
 mea iniquitátem. Verúm-
 tamen. Glória Patri. Ve-
 rúm tamen.

de fard. Or il ne se trouva
 pas sur toute la terre des
 femmes belles comme les
 filles de Job ; et leur père
 leur donna un héritage par-
 mi leurs frères. Or Job vécut
 après cela cent quarante
 ans ; et vit ses fils et les fils
 de ses fils jusqu'à la qua-
 trième génération, et il
 mourut vieux et plein de
 jours.

℞. Pourquoi blâmez-vous
 des paroles de vérité ? Vous
 forgez des phrases de re-
 proches, et vous vous effor-
 cez de réduire à rien votre
 ami : * Achevez donc de
 réaliser vos pensées. ŷ.
 Jugez selon la justice, et
 vous ne trouverez pas d'ini-
 quité sur ma langue. Ache-
 vez donc. Gloire au Père.
 Achevez donc.

A VÊPRES

ŷ. Vespertína orátio as-
 céndat ad te, Dómine. ℞.
 Et descéndat super nos
 misericórdia tua.

Ad Magnif. Ant. Ne
 reminiscáris, * Dómine,
 delicta mea vel paréntum
 meórum, neque vindíc-
 tam sumas de peccátis
 meis.

ŷ. Que la prière du soir
 monte vers vous, Seigneur.
 ℞. Et que descende sur nous
 votre miséricorde.

A Magnif. Ant. Ne vous
 souvenez pas, Seigneur, de
 mes péchés ou de ceux de
 mes parents, et ne tirez pas
 vengeance de mes péchés.

Oraison du Dimanche occurrent.

III^o DIMANCHE DE SEPTEMBRE

SEMI-DOUBLE

AU 1^{er} NOCTURNE

LEÇON I

Incipit
liber Tobíæ

Commencement
du livre de Tobie

Chapitre I, I-15

[Captivité de Tobie.]

TOBÍAS ex tribu et civitate Néphthali, quæ est in superioribus Galilææ supra Naásson, post viam quæ ducit ad Occidentem in sinistro habens civitatem Sephet, cum captus esset in diebus Salmánasar regis Assyríorum, in captivitate tamen pòsitus viam veritatis non deseruit; ita ut ómnia, quæ habere poterat, quotidie concaptivis fratribus, qui erant ex ejus genere, impertiret. Cumque esset junior omnibus in tribu Néphthali, nihil tamen puerile gessit in ópere.

℞. Peto, Dómine, ut de vínculo impropérii hujus absólvas me, aut certe désuper terram erípias me : * Ne reminiscáris delícta mea vel paréntum meórum, neque vindíctam sumas de peccá-

TOBIE, de la tribu et de la ville de Nephtali (qui est dans la haute Galilée, au-dessus de Naasson, derrière le chemin qui conduit à l'Occident, ayant à sa gauche la ville de Séphet), lorsqu'il eut été fait captif au temps de Salmanasar, roi des Assyriens, n'abandonna pas la voie de la vérité, malgré sa condition de captif. C'est ainsi que de tout ce qu'il pouvait avoir, il faisait part chaque jour à ses compagnons de captivité, ses frères, qui étaient de sa race. Et quoiqu'il fût plus jeune que tous ceux de la tribu de Nephtali, il ne fit rien de puéril en ses actions.

℞. Je demande, Seigneur, que vous me délivriez du lien de cet opprobre, ou alors que vous me retiriez de dessus la terre. * Ne vous souvenez pas de mes péchés ou de ceux de mes parents : car vous délivrez ceux qui

tis meis : quia éruis sustinéntes te, Dómine. *ŷ.* Omnia enim júdícia tua jústa sunt, et omnes viæ tuæ misericórdia et véritas : et nunc, Dómine, meménto mei. Ne.

ont confiance en vous, Seigneur. *ŷ.* Tous vos jugements, en effet, sont justes, et toutes vos voies, miséricorde et fidélité ; et maintenant, Seigneur, souvenez-vous de moi. Ne vous souvenez pas.

LEÇON II

[Auparavant, sa jeunesse et son mariage.]

DENIQUE, cum irent omnes ad vítulos áureos, quos Jeróboam fécerat rex Israël, hic solus fugiébat consórtia ómnium ; sed pergébat in Jerúsalem ad templum Dómini et ibi adorábat Dóminum Deum Israël, ómnia primitíva sua et décimas suas fidéliter ófferens ; ita ut in tértio anno prosélytis et ádvenis ministráret omnem decimatiónem. Hæc et his similia secúndum legem Dei puérulus observábat. Cum vero factus esset vir, accépit uxórem Annam de tribu sua genuítque ex ea filium, nomen suum impónens ei. Quem ab infántia timére Deum dócuit et abstinére ab omni peccáto.

ENFIN, lorsque tous allaient vers les veaux d'or que Jéroboam avait faits étant roi d'Israël, lui seul fuyait la compagnie de tous ; et il se rendait à Jérusalem, au temple du Seigneur, et là, il adorait le Seigneur Dieu d'Israël, offrant fidèlement toutes ses prémices et ses dîmes ; en sorte que, dans la troisième année, il donnait toute sa dîme aux prosélytes et aux étrangers. A ces observances et autres semblables pratiques de la loi de Dieu, il avait été fidèle dès son enfance. Mais lorsqu'il fut devenu homme, il prit pour femme Anne, de sa tribu, et il engendra d'elle un fils auquel il donna son nom ; il lui apprit dès l'enfance à craindre Dieu et à s'abstenir de tout péché.

R. Omni témpore bénedic Deum, et pete ab eo

R. En tout temps bénis Dieu, et demande-lui de

ut vias tuas dirigat, * Et in omni tempore consilia tua in ipso permáneant. ¶. Inquire ut fácias quæ plácita sunt illi in veritáte, et in tota virtúte tua. Et.

diriger tes voies, * Et qu'en tout temps tes conseils demeurent en lui. ¶. Cherche à faire ce qui lui plaît en vérité, et de toutes tes forces. Et.

LEÇON III

[Ses vertus et sa faveur auprès de Salmanasar.]

IGITUR cum per captivitatem devenisset cum uxore sua et filio in civitatem Ninivem cum omni tribu sua, cum omnes éderent ex cibus Gentilium, iste custodivit animam suam et numquam contaminatus est in escis eorum. Et quoniam memor fuit Domini in toto corde suo, dedit illi Deus gratiam in conspectu Salmanasar regis, et dedit illi potestatem quocumque vellet ire, habens libertatem quaecumque facere voluisset. Pergébat ergo ad omnes, qui erant in captivitate, et monita salutis dabat eis.

℞. Memor esto, fili, quoniam pauperem vitam gerimus : * Habebis multa bona, si timueris Deum. ¶. In mente habeto eum, et cave nequando prætermittas præcepta ejus. Habebis. Glória Patri. Habebis.

AINSI, lorsque dans sa captivité il fut arrivé, avec sa femme et son fils, dans la ville de Ninive où il se trouva avec toute sa tribu, quoique tous mangeassent des aliments des Gentils, il veilla sur son âme, et ne se souilla jamais de leurs aliments. Et parce qu'il se souvint de Dieu de tout son cœur, Dieu lui fit trouver grâce en la présence du roi Salmanasar, et le roi lui donna pouvoir d'aller partout où il voudrait, ayant la liberté de faire tout ce qu'il voudrait. Il se rendait donc vers tous ceux qui étaient en captivité et leur donnait des avis salutaires.

℞. Souviens-toi, mon fils, que nous menons une vie pauvre : * Tu auras beaucoup de biens, si tu crains Dieu. ¶. En ton esprit garde sa présence, et prends garde de ne jamais transgresser ses préceptes. Tu auras. Gloire au Père. Tu auras.

AU II^e NOCTURNE
LEÇON IV

Sermo sancti Leónis
Papæ

Sermon de saint Léon
Pape

Sermon 9^e sur le jeûne du 7^e mois

[Le jeûne de septembre est une tradition.]

SCIO quidem, dilectissimi, plurimos vestrum ita in iis, quæ ad observantiam christiænæ fidei pertinent, esse devotos, ut nostris cohortationibus non indigeant admoneri. Quod enim dudum et traditio decrevit, et consuetudo firmavit; nec eruditio ignorat, nec pietas prætermittit. Sed quia sacerdotális officii est, erga omnes Ecclesiæ filios curam habere communem, in id quod et rudibus prosit et doctis, quos simul diligimus, pariter incitamus; ut jejunium, quod nobis septimi mensis recursus indicit, fide alacri per castigatorem animi et corporis celebremus.

℞. Sufficiébat nobis paupertas nostra, ut divitiæ computarentur: numquam fuisset pecunia ipsa, pro qua misisti filium nostrum, * Bâculum senectutis nostræ! ŷ. Heu me, fili mi, ut

CERTES, mes bien-aimés, je sais la plupart d'entre vous si fidèles aux pratiques de la foi chrétienne qu'ils n'ont pas besoin d'y être excités par nos exhortations. Ni leur intelligence n'ignore, ni leur piété ne néglige ce que depuis longtemps la tradition a établi, et ce que l'usage a confirmé. Néanmoins, comme le ministère sacerdotal doit la même sollicitude à tous les enfants de l'Église, ignorants ou instruits, à ceux que nous aimons d'un même amour nous adressons pareille exhortation: d'apporter une fidélité empressée à la mortification de l'esprit et du corps, en observant le jeûne auquel nous oblige le retour du septième mois.

℞. Notre pauvreté nous suffisait: elle nous paraissait richesse; que n'eût-il jamais existé, cet argent pour lequel vous nous avez fait envoyer notre fils, * Bâton de notre vieillesse. ŷ. Hélas! mon fils, pourquoi t'avons-nous

quid te misimus peregrinari, lumen oculorum nostrorum? Bâculum.

envoyé au loin, lumière de nos yeux? Bâton.

LEÇON V

[Il effacera nos péchés.]

IDEO enim ipsa continentiae observantia quatuor est assignata temporibus, ut in idipsum totius anni redeunte decursu, cognosceremus nos indesinenter purificationibus indigere; semperque esse nitendum, dum hujus vitae varietate jactamur, ut peccatum, quod fragilitate carnis et cupiditatum pollutione contrahitur, jejuniis atque elemosynis deleatur. Esuriamus paululum, dilectissimi, et aliquantulum, quod juvandis possit prodesse pauperibus, nostrae consuetudini subtrahamus.

R. Benedicite Deum caeli et coram omnibus viventibus confitemini ei, * Quia fecit vobiscum misericordiam suam. *ÿ.* Ipsum benedicite et cantate illi: et enarrate omnia mirabilia ejus. Quia.

C'EST qu'en effet l'observance du jeûne a été fixée aux quatre-temps, pour que ce constant retour, chaque année, à la même pratique nous fasse connaître notre incessant besoin de purification, et le souci perpétuel que nous devons avoir, au milieu des vicissitudes et des agitations de cette vie, d'effacer, par le jeûne et l'aumône, le péché qu'une chair fragile et la souillure de nos convoitises nous font contracter. Souffrons donc un peu de la faim, mes bien-aimés, et retranchons de notre ordinaire quelque chose qui puisse profiter aux pauvres.

R. Bénissez le Dieu du ciel et, devant tous les vivants, louez-le: * Car il a exercé envers vous sa miséricorde. *ÿ.* Bénissez-le et chantez-le, et racontez toutes ses merveilles. Car.

LEÇON VI

[Il nous permettra des aumônes.]

DELECTETUR conscientia benignorum fructi-

QUE les cœurs bienfaisants goûtent les fruits de

bus largitátis : et gáudia tribuens, quo es lætificándus, accípies. Diléctio próximi, diléctio Dei est, qui plenitúdinem legis et prophetárum in hac géminæ caritátis unitáte constituit ; ut nemo ambígeret, Deo se offérre, quod hómini contulisset, dicénte Dómino Salvatóre, cum de aléndis juvándisque paupéribus loquerétur : Quod uni eórum fecístis, mihi fecístis. Quarta ígitur et sexta féria jejunémus ; sábbato vero apud beátum Petrum Apóstolum vigílias celebrémus : cujus nos méritis et oratióibus crédimus adjuvándos, ut misericórdi Deo jejúnio nostro et devotióne placeámus.

R. Tempus est ut revertar ad eum qui misit me ; * Vos autem benedicite Deum et enarráte ómnia mirabília ejus. †. Confitémini ei coram ómnibus vivéntibus, quia fecit vobíscum misericór-

leur libéralité : en donnant de la joie, tu recevras toi-même de quoi te réjouir. Aimer le prochain, c'est aimer Dieu, qui a fait consister la plénitude de la loi et des prophètes dans l'union de ce double amour. En sorte que personne ne peut douter que donner au prochain c'est offrir à Dieu lui-même, puisque le divin Maître et Sauveur a dit, en parlant des pauvres à nourrir et à soulager : *Ce que vous avez fait à l'un d'eux, c'est à moi que vous l'avez fait* ¹. Jeûnons donc le mercredi et le vendredi ; et le samedi, assistons aux Vigiles célébrées dans l'église du bienheureux Apôtre Pierre, dont les prières et les mérites, j'en ai la confiance, nous aideront à rendre notre jeûne et notre dévotion agréables à la divine miséricorde.

R. Il est temps que je retourne à celui qui m'a envoyé ; * Mais vous, bénissez le Seigneur, et racontez toutes ses merveilles. †. Louez-le devant tous les vivants, car il a exercé envers vous sa miséricorde.

1. *Matth.* 25, 40.

diam suam. Vos. Glória Mais vous. Gloire au Père.
Patri. Vos. Mais vous.

LUNDI

Si les leçons de l'Écriture assignées à ce Lundi, ou bien au Mardi qui le suit, n'ont pu être dites en leur jour, et s'il faut, aux Fêtes des Quatre-Temps, faire un Office où l'on doit dire des Leçons de l'Écriture occurrente, et enfin, s'il n'y a pas lieu de placer à ces jours le commencement du livre de Tobie (commencement assigné au Dimanche précédent), les Leçons empêchées, comme il est dit ci-dessus, et au besoin même les Leçons des Fêtes suivantes sont transférées plus loin, en gardant toutefois leur ordre; de sorte qu'en l'Office qui tombe aux Quatre-Temps, des Leçons de l'Écriture puissent être employées. La même chose s'observe pour les Leçons du Jeudi, si elles sont empêchées, comme il est dit ci-dessus; en ce cas, on les transférera semblablement plus loin, ou même on les anticipera. Quant aux Répons, ils se disent toujours de la Fête occurrente.

LEÇON I

De libro Tobíæ

Du livre de Tobie

Chapitre 2, 1-4

[Zèle de Tobie pour ensevelir les morts.]

POST hæc vero, cum esset dies festus Dómini, et factum esset prándium bonum in domo Tobíæ, dixit filio suo : Vade et adduc áliquos de tribu nostra tímentes Deum, ut epuléntur nobíscum. Cumque abiísset, revérsus nuntiávit ei unum ex filiis Israél iugulátum jacére in platéa. Statímque exsíliens de accúbitu suo relínquens prándium, jejúnus pervénit ad corpus,

OR, après cela, comme c'était le jour de la fête du Seigneur, un bon repas fut préparé dans la maison de Tobie, et il dit à son fils : « Va et amène ici quelques hommes pieux de notre tribu, afin qu'ils fassent bonne chère avec nous. » Et lorsque son fils s'en fut allé, et qu'il fut revenu, il lui annonça qu'un des enfants d'Israël gisait égorgé sur la place. Et aussitôt, bondissant de son lit de table et laissant le

tollénsque illud portávit ad domum suam occúlte, ut, dum sol occubuísset, caute sepelíret eum.

ꝛ. Peto, Dómine, ut de vínculo improperíi hujus absólvas me, aut certe désuper terram erípias me : * Ne reminiscáris delícta mea vel paréntum meórum, neque vindíctam sumas de peccátis meis : quia éruis sustinéntes te, Dómine. ʒ. Omnia enim judícia tua justa sunt, et omnes viæ tuæ misericórdia et véritas : et nunc, Dómine, meménto mei. Ne.

repas, il arriva à jeun près du corps ; et l'enlevant, il le porta dans sa maison secrètement, afin que, lorsque le soleil serait couché, il l'ensevelît avec précaution ¹.

ꝛ. Je demande, Seigneur, que vous me délivriez du lien de cet opprobre, ou alors que vous me retiriez de dessus la terre. * Ne vous souvenez pas de mes péchés ou de ceux de mes parents : car vous délivrez ceux qui ont confiance en vous, Seigneur. ʒ. Tous vos jugements, en effet, sont justes, et toutes vos voies, miséricorde et fidélité ; et maintenant, Seigneur, souvenez-vous de moi. Ne vous.

LEÇON II

Ibid., 8-18

[Il est frappé de cécité.]

ARGUEBANT autem eum omnes próximi ejus dicéntes : Jam hujus rei causa intérfici jussus es et vix effugísti mortis impérium ; et íterum sépelis mórtuos ? Sed Tobías plus timens Deum quam regem, rapiébat córpora occisórum et occultábat in domo sua et médiis nóctibus sepeliébat ea. Cóntri-

Tous ses proches le blâmaient, disant : « On a déjà prononcé la peine de mort pour pareil fait, et à peine as-tu échappé à l'arrêt de mort que, de nouveau, tu ensevelis les morts ? » Mais Tobie, craignant Dieu plus que le roi, enlevait les corps de ceux qui avaient été tués, les cachait dans sa maison, et les ensevelissait au milieu

1. C'était une croyance traditionnelle, chez les Juifs, que les morts étaient en situation pire que les autres, dans le schéol, quand leur corps n'avait pas été enseveli.

git autem ut quadam die fatigátus a sepultúra, véniens in domum suam jactásset se juxta parietem et obdormísset, et ex nido hirúndinum dormienti illi cálida stercora inciderent super óculos ejus fierétque cæcus. Hanc autem tentatiónem ídeo permísit Dóminus eveníre illi, ut pósteris darétur exémplum paciéntiæ ejus, sicut et sancti Job.

Ry. Omni tẽmpore bẽnedic Deum, et pete ab eo ut vias tuas dirígat, * Et in omni tẽmpore consília tua in ipso permáneant. y. Inquĩre ut fácias quæ plácita sunt illi in veritáte, et in tota virtúte tua. Et.

Aux Octaves et aux Fêtes simples : Glória Patri. Et.

LEÇON III

[Sa résignation.]

NAM, cum ab infántia sua semper Deum tímúerit et mandáta ejus custodíerit, non est contristátus contra Deum quod plaga cæcitatís eveníerit ei ; sed immóbilis in Dei tínoíre permánsit agens grátias Deo ómnibus díebus vitæ suæ. Nam

de la nuit. Or il arriva qu'un jour, fatigué d'ensevelir, et venant à sa maison, il se coucha le long d'un mur, et s'endormit ; puis, pendant qu'il dormait, d'un nid d'hirondelle, de la fiente chaude tomba sur ses yeux, et il devint aveugle. Or Dieu permit que cette épreuve lui arrivât, précisément pour que l'exemple de sa patience fût offert à ses descendants, comme celle du saint homme Job.

Ry. En tout temps bénis Dieu, et demande-lui de diriger tes voies, * Et qu'en tout temps tes conseils demeurent en lui. y. Cherche à faire ce qui lui plaît en vérité, et de toutes tes forces. Et.

COMME, dès son enfance, il avait toujours craint Dieu, et gardé tous ses commandements, il ne s'attrista point et ne murmura point contre Dieu de ce que cette épreuve de la cécité lui était venue, mais il demeura inébranlable dans la crainte de Dieu, rendant grâces à Dieu tous les jours

sicut beáto Job insultábant reges, ita isti paréntes et cognáti ejus irridébant vitam ejus dicéntes : Ubi est spes tua, pro qua eleemósynas et sepul túras faciébas ? Tobías vero increpábat eos dicens : Nolíte ita loqui ; quóniam filii sanctórum sumus et vitam illam exspectámus, quam Deus datúrus est his qui fidem suam numquam mutant ab eo.

℞. Memor esto, fili, quóniam páuperem vitam gérimus : * Habébis multa bona, si timúeris Deum. †. In mente habéto eum, et cave nequándo prætermittas præcepta ejus. Habébis. Glória Patri. Habébis.

de sa vie. Car, comme les rois insultaient le bienheureux Job, ainsi les parents et alliés de Tobie raillaient sa conduite, disant : « Où est ton espérance, pour laquelle tu faisais des aumônes et des sépultures ? » Mais Tobie les reprenait disant : « Ne parlez pas ainsi ; parce que nous sommes enfants des saints, et que nous attendons cette vie que Dieu doit donner à ceux qui ne lui retirent jamais leur fidèle service. »

℞. Souviens-toi, mon fils, que nous menons une vie pauvre ; * Tu auras beaucoup de biens, si tu crains Dieu. †. En ton esprit garde sa présence, et prends garde de ne jamais transgresser ses préceptes. Tu auras. Gloire au Père. Tu auras.

MARDI

LEÇON I

De libro Tobíæ

Du livre de Tobie

Chapitre 2, 19-23 ; 3, 1-6

[Tobie se soucie de ne pas profiter d'un vol.]

ANNA vero uxor ejus ibat ad opus textrium quotidie, et de labore manuum suarum victum, quem consequi poterat, deferébat. Unde factum est ut hædum ca-

ANNE, sa femme, allait faire de la toile chaque jour, et la famille vivait du gain qu'elle pouvait apporter grâce au travail de ses mains. D'où il arriva qu'ayant reçu un chevreau,

prárum accípiens detulisset domi; cujus cum vocem balántis vir ejus audísset, dixit : Vidéte, ne forte furtívus sit; réddite eum dóminis suis, quia non licet nobis aut édere ex furto áliquid aut contíngere.

¶ Sufficiébat nobis paupértas nostra, ut divítíæ computaréntur : numquam fuísset pecúnia ipsa, pro qua misísti fílium nostrum, * Báculum senectútis nostræ! †. Heu me, fili mi, ut quid te mísimus peregrínári, lumen oculórum nostrórum? Báculum.

elle l'apporta à la maison; et lorsque son mari eut entendu le bêlement du chevreau, il dit : « Prenez garde qu'il n'ait été dérobé; rendez-le à ses maîtres, parce qu'il ne nous est pas permis de manger ce qui a été dérobé ou d'y toucher. »

¶ Notre pauvreté nous suffisait : elle nous paraissait richesse; que n'eût-il jamais existé, cet argent pour lequel vous nous avez fait envoyer notre fils, * Bâton de notre vieillesse! †. Hélas! mon fils, pourquoi t'avons-nous envoyé au loin, lumière de nos yeux? Bâton.

LEÇON II

[Colère de sa femme et prière de Tobie.]

AD hęc uxor ejus iráta respóndit : Maniféste vana facta est spes tua et eleemósynæ tuæ modo apparuérunt. Atque his et áliis hujuscémodi verbis exprobrábat ei. Tunc Tobias ingémuit et cœpit oráre cum lácrimis dicens : Justus es, Dómine, et ómnia judícia tua justa sunt, et omnes viæ tuæ misericórdia et véritas et judícium. Et nunc, Dómine, memor esto mei et ne vindíctam sumas de peccátis meis neque remi-

CELA, sa femme irritée répondit : « Ton espérance a été manifestement vaine; et l'on voit maintenant le résultat de tes aumônes. » Ainsi, c'est par ces discours et d'autres semblables que sa femme le blâmait. Alors Tobie gémit, et commença à prier avec larmes, disant : « Vous êtes juste, Seigneur, et tous vos jugements sont droits, et toutes vos voies sont miséricorde, vérité et justice. Et maintenant, Seigneur, souvenez-vous de moi, et ne

niscáris delícta mea vel paréntum meórum.

Ry. Benedícite Deum cæli et coram ómnibus vivéntibus confitémini ei, * Quia fecit vobiscum misericórdiam suam. y. Ipsum benedícite et cantáte illi : et enarráte ómnia mirabília ejus. Quia.

tirez point vengeance de mes péchés, et ne vous rappelez point mes offenses ou celles de mes parents. »

Ry. Bénissez le Dieu du ciel et, devant tous les vivants, louez-le : * Car il a exercé envers vous sa miséricorde. y. Bénissez-le et chantez-le, et racontez toutes ses merveilles. Car.

Aux Octaves et aux Fêtes simples : Glória Patri. Quia.

LEÇON III

[Suite de sa prière.]

QUONIAM non obedivimus præcéptis tuis, ideo trádicti sumus in direptionem et captivitatem et mortem et in fábulam et in impropérium ómnibus nationibus, in quibus dispersisti nos. Et nunc, Dómine, magna judícia tua, quia non égimus secúndum præcépta tua et non ambulávimus sincériter coram te. Et nunc, Dómine, secúndum voluntátem tuam fac mecum et præcipe in pace récipi spíritum meum ; expedit enim mihi mori magis quam vívere.

PARCE que nous n'avons point obéi à vos préceptes, c'est pour cela que nous avons été livrés au pillage, à la captivité, à la mort, à la risée et à l'insulte, chez toutes les nations parmi lesquelles vous nous avez dispersés. Et maintenant, Seigneur, vos jugements sont grands, parce que nous n'avons point agi selon vos préceptes, et que nous n'avons point marché sincèrement devant vous. Et maintenant, Seigneur, faites-moi selon votre volonté, et ordonnez que mon âme soit reçue en paix ; car il m'est plus expédient de mourir que de vivre. »

Ry. Tempus est ut revertar ad eum qui misit me ; * Vos autem benedicite Deum et enarrate omnia mirabilia ejus. y. Confitemini ei coram omnibus viventibus, quia fecit vobiscum misericordiam suam. Vos. Glória Patri. Vos.

Ry. Il est temps que je retourne à celui qui m'a envoyé ; * Mais vous, bénissez le Seigneur, et racontez toutes ses merveilles. y. Louez-le devant tous les vivants, car il a exercé envers vous sa miséricorde. Mais vous. Gloire au Père. Mais vous.

† Le Mercredi, le Vendredi et le Samedi des Quatre-Temps sont Fériés majeures non privilégiées.

MERCREDI

DES QUATRE-TEMPS DE SEPTEMBRE

Aujourd'hui, ainsi que le Vendredi et le Samedi qui suivent, les Antiennes et les Psaumes de Laudes et, en cette Férie, les trois derniers Psaumes de Matines, avec leurs Antiennes se prennent au 2^e schéma ; à Prime, on ajoute le 4^e Psaume indiqué au Psautier. On dit les prières fériales à toutes les Heures, comme dans l'Ordinaire, excepté aux Vêpres et aux Complies du Samedi.

LEÇON I

Léctio
sancti Evangélii
secúndum Marcum

Lecture
du saint Évangile
selon saint Marc

Chapitre 9, 16-28

[Les Apôtres échouent à délivrer un possédé.]

IN illo tēpore : Respondens unus de turba dixit ad Jesum : Magister, áttuli filium meum ad te habentem spíritum mutum. Et reliqua.

EN ce temps-là, un homme de la foule, prenant la parole, dit : Maître, je vous ai amené mon fils, possédé d'un esprit muet. Et le reste.

Homília
sancti Bedæ
Venerabilis Presbyteri

Homélie
de saint Bède
le Vénéralle Prêtre

Livre 3, chap. 38 sur Marc 9

[Ce démoniaque symbolise celui qui va de péché en péché.]

DÆMONIACUM hunc, quem descendens de monte Dóminus sanávit, Marcus quidem surdum mutúmque, Matthæus vero lunáticum fuisse commemorat. Significat autem eos, de quibus scriptum est : Stultus ut luna mutátur. Qui numquam in eódem statu permanentes, nunc ad hæc, nunc ad illa vítia mutáti, crescunt atque decrescunt. Qui muti sunt, non confitendo fidem ; surdi, nec ipsum aliquatenus veritatis audiendo sermónem. Spumant autem, cum stultitia tabescunt ; stultorum namque et languentium atque hébetum est, spumas salivárum ex ore dimittere. Strident dentibus, cum iracundiæ furóre flammescunt : arescunt, cum ótio torpente languescunt, et nulla virtutis industria confortati enerviter vivunt.

CE démoniaque, que le Seigneur guérit en descendant de la montagne, saint Marc dit qu'il était sourd et muet, et saint Matthieu, qu'il était luna-tique. Il nous paraît être l'image de ces hommes dont il est écrit : *L'insensé est changeant comme la lune*¹, de ceux qui, ne demeurant jamais dans le même état, passant d'un vice à l'autre, semblent croître et décroître. Ils sont muets, ne confessant pas la foi ; sourds, n'entendant aucunement la parole même de la vérité. Ils écument de colère, épuisés qu'ils sont par leur folie. C'est en effet le propre des fous, des malades et des gens hébétés, de laisser échapper de leur bouche l'écume de leur salive. Ils grincent des dents, lorsqu'ils sont enflammés par la fureur de la colère ; ils se dessèchent, languissant dans la torpeur de l'oisiveté, et ils vivent sans énergie, ne se fortifiant par aucune activité.

1. *Eccli.* 27, 11.

℞. Tribulatiónes civitá-
tum audívimus, quas pas-
sæ sunt, et defécimus :
timor et hebetúdo mentis
cécidit super nos et super
líberos nostros : ipsi mon-
tes nolunt recíperere fugam
nostram : * Dómine, mi-
serére. √. Peccávimus cum
pátribus nostris, injúste
égimus, iniquitátem féci-
mus. Dómine.

℞. Nous avons appris
quelles tribulations avaient
subies les villes, et nous
nous sommes senti défaillir ;
la crainte et l'hébètement
nous ont envahis, nous et
nos enfants ; les montagnes
elles-mêmes refusent de
nous recevoir en notre fuite :
* Seigneur, ayez pitié. √.
Nous avons péché avec nos
pères, nous avons agi injus-
tement, nous avons commis
l'iniquité. Seigneur.

LEÇON II

[Le père accuse les disciples; Jésus, le manque de foi de la foule.]

QUOD autem ait : Et
dixi discípu-
lis tuis ut
ejicerent illum, et non pot-
uerunt ; laténer Apósto-
los accúsat, cum impos-
sibílitas curándi, intérdum
non ad imbecillitá-
tem curántium, sed ad
eórum, qui curándi sunt,
fidem referátur, dicénte
Dómino : Fiat tibi secún-
dum fidem tuam. Qui res-
póndens eis, dixit : O gene-
rátio incrédula, quám diu
apud vos ero ? quám diu
vos pátiar ? Non quod
tædio superátus sit man-
suétus ac mitis, qui non

CETTE parole du père du
possédé : *J'ai dit à vos
discíples de chasser ce démon,
et ils ne l'ont pas pu*, accuse
indirectement les Apôtres,
quoique l'impossibilité de
guérir soit rapportée parfois,
non point à la faiblesse de
ceux qui soignent le malade,
mais à l'état de la foi en
ceux qui demandent à être
guéris, quand le Seigneur
dit : *Qu'il te soit fait selon
ta foi*¹. Jésus s'adressant à
la foule, s'écria : *O race
incrédule, jusques à quand se-
rai-je avec vous ? jusques à
quand vous supporterai-je ?*
La patience du divin Maître
n'était ni lassée ni vaincue,
car il est plein de bonté et

1. *Matth.* 9, 29.

apéruit sicut agnus coram
 tondente os suum, nec
 in verba furoris erúpit ;
 sed quo in similitúdinem
 médici, si ægrótum vídeat
 contra sua præcépta se
 gérere, dicat : Usquequo
 accédam ad domum tu-
 am ? quóusque artis meæ
 perdam indústriam, me
 áliud jubente, et te áliud
 perpetrante ?

ꝛ. Omni tẽpore béne-
 dic Deum, et pete ab eo
 ut vias tuas dírigat, * Et in
 omni tẽpore consília tua
 in ipso permáneant. ʒ. In-
 quíre ut fácias quæ
 plácita sunt illi in veri-
 tate, et in virtúte tua. Et.

de douceur, lui qui, *sem-
 blable à l'Agneau devant
 celui qui le tond, n'ouvrit pas
 la bouche*¹, et n'éclata pas
 en paroles de colère ; mais,
 à la façon d'un médecin qui
 verrait son malade se con-
 duire contrairement à ses
 prescriptions, le Sauveur
 semble dire : « Jusques à
 quand viendrai-je en ta
 maison ? jusqu'à quel point
 perdrai-je les soins de mon
 art, alors que je t'ordonne
 une chose, et que tu en fais
 une autre ? »

ꝛ. En tout temps bénis
 Dieu, et demande-lui de
 diriger tes voies, * Et qu'en
 tout temps tes conseils de-
 meurent en lui. ʒ. Cherche
 à faire ce qui lui plaît en
 vérité, et de toutes tes
 forces. Et.

LEÇON III

[Pour vaincre la tentation, il faut l'abnégation et la foi.]

ET dixit illis : Hoc genus
 in nullo potest exire,
 nisi in oratione et jejúnio.
 Dum docet Apóstolos,
 quómo do dæmon nequís-
 simus débeat expélli, om-
 nes instituit ad vitam ; ut
 scílicet novérimus, gra-
 vissima quæque vel im-
 mundórum spirítuum, vel
 hóminum tentaménta je-

IL leur dit : *Ce genre de
 démon ne peut se chasser
 que par la prière et le jeûne.*
 En instruisant les Apôtres
 sur la manière dont le démon
 le plus méchant doit être
 chassé, Jésus-Christ nous
 donne à tous une règle de
 vie, afin que nous sachions
 que les tentations les plus
 fortes, provenant soit des

1. *Isaie* 53, 7.

júniis et oratióibus esse superánda : iram quoque Dómini, cum in uliónem nostrórum scélerum fúerit accénsa, hoc reméδιο singulári posse placári. Jejúnium autem generále est, non solum ab escis, sed et a cunctis illécebris abstínere carnálibus, immo ab ómnibus vitiórum contiúnere se passióibus. Sic et orátio generális non in verbis solum est, quibus divínam cleméntiam invocámus, verum étiam in ómnibus, quæ in obséquium nostri Conditóris fidei devotióne gérimus.

℣. Memor esto, fili, quóniam páuperem vitam gérimus : * Habébis multa bona, si timúeris Deum. √. In mente habéto eum, et cave nequándo prætermíttas præcépta ejus. Habébis. Glória Patri. Habébis.

√. Repléti sumus mane misericórdia tua. ℣. Exultávimus, et delectáti sumus.

esprits immondes, soit des hommes, doivent être vaincues par les jeûnes et les prières ; et que la colère du Seigneur aussi, lorsqu'elle s'est allumée pour venger nos crimes, peut être apaisée par ce remède sans pareil. Or le jeûne, pris dans son ensemble, consiste à s'abstenir non seulement des aliments, mais de tous les plaisirs charnels ; bien plus, à se défendre de toute affection au mal. Pareillement, la prière, au total, ne s'entend pas seulement des paroles par lesquelles nous invoquons la clémence divine, mais aussi de tous les actes que nous accomplissons avec la dévotion de la foi, pour servir notre Créateur.

℣. Souviens-toi, mon fils, que nous menons une vie pauvre ; * Tu auras beaucoup de biens, si tu crains Dieu. √. En ton esprit garde sa présence, et prends garde de ne jamais transgresser ses préceptes. Tu auras. Gloire au Père. Tu auras.

A LAUDES

√. Nous avons été comblés, dès le matin, de votre miséricorde. ℣. Nous avons exulté et nous nous en sommes délectés.

Ad Bened. Ant. Hoc genus * dæmoniõrum in nullo potest exire, nisi in oratione et jejûnio.

A Bénéd. Ant. Ce genre de démons ne peut être chassé que par la prière et le jeûne.

Oraison

MISERICORDIÆ tuæ re-médijs, quæsumus, Dómine, fragílitas nostra subsístat : ut, quæ sua conditione attéritur, tua cleméntia reparétur. Per Dóminum.

PAR les remèdes de votre miséricorde, nous vous le demandons, Seigneur, soutenez notre fragilité, pour que, blessée en raison de sa nature, elle soit réparée par votre clémence. Par Notre Seigneur.

Et l'on dit cette Oraison jusqu'à None, tandis qu'aux Vêpres on reprend l'Oraison du Dimanche précédent. Mais si l'on ne dit pas les Vêpres de la Férie, on n'en fait pas non plus Mémoire.

JEUDI

LEÇON I

De libro Tobíæ

Du livre de Tobie

Chapitre 12, 1-17

[Le jeune Tobie propose une récompense pour son guide.]

VOCAVIT ad se Tobías filium suum dixítque ei : Quid póssumus dare viro isti sancto, qui venit tecum? Respóndens Tobías dixit patri suo : Pater, quam mercédem dábi-mus ei? aut quid dignum póterit esse beneficiis ejus? Me duxit et redúxit sanum, pecúniam a Gabé-lo ipse recépit, uxórem ipse me habére fecit et dæmónium ab ea ipse

TOBIE appela vers lui son fils, et lui dit : « Que pouvons-nous donner à cet homme saint qui est venu avec toi ? » Tobie répondit à son père : « Mon père, quelle récompense lui donnerons-nous ? et qu'est-ce qui pourra être digne de ses bienfaits ? Il m'a mené et ramené en bonne santé ; c'est lui-même qui a reçu l'argent de Gabélus ; lui qui m'a fait avoir ma femme, et

compéscuit, gáudium paréntibus ejus fecit, méipsum a devoratióne piscis erípuit, te quoque vidére fecit lumen cæli, et bonis ómnibus per eum repléti sumus. Quid illi ad hæc potérimus dignum dare? Sed peto te, pater mi, ut roges eum, si forte dignábitur medietátem de ómnibus quæ alláta sunt sibi assúmere.

℞. Peto, Dómine, ut de vínculo improperii hujus absólvas me, aut certe désuper terram erípias me : * Ne reminiscáris delícta mea vel paréntum meórum, neque vindíctam sumas de peccátis meis : quia éruis sustinéntes te, Dómine. √. Omnia enim judícia tua justa sunt, et omnes viæ tuæ misericórdia et véritas : et nunc, Dómine, meménto mei. Ne.

qui a écarté d'elle le démon ; il a causé de la joie à ses parents, il m'a arraché à un poisson dévorant, il vous a rendu à vous-même la vue de la lumière du ciel et, par lui, nous avons été comblés de toute sorte de biens. Que pourrons-nous lui donner qui soit digne de ces bienfaits? Mais je vous prie, mon père, de lui demander si, peut-être, il daignerait prendre pour lui la moitié de tout ce qui a été apporté. »

℞. Je demande, Seigneur, que vous me délivriez du lien de cet opprobre, ou alors que vous me retiriez de dessus la terre. * Ne vous souvenez pas de mes péchés ou de ceux de mes parents : car vous délivrez ceux qui ont confiance en vous, Seigneur. √. Tous vos jugements, en effet, sont justes, et toutes vos voies, miséricorde et fidélité ; et maintenant, Seigneur, souvenez-vous de moi. Ne vous.

LEÇON II

[Réponse du guide : mérite de la prière, du jeûne et de l'aumône.]

ET vocántes eum, pater scilicet et fílius, tulérunt eum in partem ; et rogáre cœpérunt ut dignarétur dimídiam partem

LE père et le fils, l'appelant, le prirent à part et se mirent à le prier de daigner accepter la moitié de tout ce qu'ils avaient appor-

ómnium quæ attúlerant, accéptam habére. Tunc dixit eis occúlte : Benedícite Deum cæli et coram ómnibus vivéntibus confitémini ei, quia fecit vobíscum misericórdiam suam. Etenim sacraméntum regis abscondere bonum est, ópera autem Dei reveláre et confitéri honoríficum est. Bona est orátio cum jejúnio, et eleemósyna magis quam thesáuros auri recóndere ; quóniam eleemósyna a morte líberat, et ipsa est quæ purgat peccáta, et facit inveníre misericórdiam et vitam ætérnam. Qui autem fáciunt peccátum et iniquitátem hostes sunt ánimæ suæ.

℞. Omni témpore benedic Deum, et pete ab eo ut vias tuas dírigat, * Et in omni témpore consília tua in ipso permáneant. ŷ. Inquire ut fácias quæ plácita sunt illi in veritáte, et in tota virtúte tua. Et.

Aux Octaves et aux Fêtes simples : Glória Patri. Et.

LEÇON III

[Je m'appelle Raphaël.]

MANIFESTO ergo vobis veritátem et non abscondam a vobis occúltum sermónem. Quando

té. Alors il leur dit en confidence : « Bénissez le Dieu du ciel et rendez-lui gloire devant tous les vivants, parce qu'il a exercé envers vous sa miséricorde. Car il est bon de cacher le secret d'un roi ; mais révéler les œuvres de Dieu, c'est une chose honorable. Bonne est la prière jointe au jeûne, et l'aumône vaut mieux que de tenir cachés des trésors d'or, parce que l'aumône sauve de la mort, et c'est elle qui lave les péchés et fait trouver la miséricorde et la vie éternelle. Mais ceux qui commettent le péché et l'iniquité sont des ennemis de leur âme. »

℞. En tout temps bénis Dieu, et demande-lui de diriger tes voies, * Et qu'en tout temps tes conseils demeurent en lui. ŷ. Cherche à faire ce qui lui plaît en vérité, et de toutes tes forces Et.

JE vous manifeste donc la vérité, et je ne vous cacherai point une chose qui est secrète. Quand tu

orábas cum lácrimis et sepeliébas mórtuos et derelinquébas prándium tuum et mórtuos abscondébas per diem in domo tua et nocte sepeliébas eos, ego óbtuli oratiónem tuam Dómino. Et quia accéptus eras Deo, necesse fuit ut tentátio probáret te. Et nunc misit me Dóminus ut curárem te et Saram uxórem filii tui a dæmónio liberárem ; ego enim sum Ráphael Angelus, unus ex septem qui astámus ante Dóminum. Cumque hæc audissent, turbáti sunt et treméntes cecidérunt super terram in fáciem suam. Dixítque eis Angelus : Pax vobis, nolíte timére.

ꝛ. Memor esto, fili, quóniam páuperem vitam gérimus : * Habébis multa bona, si timúeris Deum. ʒ. In mente habéto eum, et cave nequándo prætermíttas præcépta ejus. Habébis. Glória Patri. Habébis.

priais avec larmes, que tu ensevelissais les morts, que tu laissais ton repas, que tu cachais les morts durant le jour dans ta maison, et que, durant la nuit, tu les ensevelissais, c'est moi qui ai présenté ta prière au Seigneur. Et parce que tu étais agréable au Seigneur, il a été nécessaire que la tentation t'éprouvât. Et maintenant le Seigneur m'a envoyé pour te guérir et pour sauver du démon Sara, la femme de ton fils. Car je suis l'ange Raphaël, l'un des sept qui nous tenons devant le Seigneur. Et lorsqu'ils eurent entendu ces paroles, ils furent troublés et, tremblants, ils tombèrent face contre terre. Et l'Ange leur dit : « Paix à vous ! ne craignez point. »

ꝛ. Souviens-toi, mon fils, que nous menons une vie pauvre ; * Tu auras beaucoup de biens, si tu crains Dieu. ʒ. En ton esprit garde sa présence, et prends garde de ne jamais transgresser ses préceptes. Tu auras. Gloire au Père. Tu auras.

VENDREDI

DES QUATRE-TEMPS DE SEPTEMBRE

LEÇON I

Léctio
sancti Evangélii
secúndum Lucam

Lecture
du saint Évangile
selon saint Luc

Chapitre 7, 36-50

IN illo tēmpore : Rogábat Jesum quidam de pharisæis, ut manducáret cum illo. Et ingrēssus domum pharisæi discúbuit. Et reliqua.

EN ce temps-là, un des Phariséens invita Jésus à manger avec lui. Étant donc entré dans la maison du Pharisien, il se mit à table. Et le reste.

Homília sancti
Gregórii Papæ

Homélie de saint
Grégoire Pape

Homélie 33 sur les Évangiles après le commencement

[La pécheresse repentante représente la gentilité.]

QUEM pharisæus de falsa justítia præsumens, nisi Judáicum pópulum ; quem peccátrix múlier ad vestígia Dómini véniens et plorans. nisi convérsam Gentilitátem désignat? Quæ cum alabástro venit, unguéntum fudit, retro secus pedes Dómini stetit, lácrimis pedes rigávit, capíllis tersit, eosdémque quos infundébat et tergébat pedes osculári non désiit. Nos ergo, nos illa múlier expréssit, si

QUEL est donc celui que représente le Pharisien présumant de sa fausse justice, si ce n'est le peuple juif? quelle est celle que désigne la femme pécheresse, suivant les pas du Seigneur et pleurant, si ce n'est la Gentilité convertie? Elle vint avec un vase d'albâtre, répandit le parfum, se tint en arrière aux pieds du Seigneur, qu'elle inonda de ses larmes, essuya de ses cheveux, et elle ne cessa de baiser ces mêmes pieds qu'elle inondait et essuyait.

toto corde ad Dóminum post peccáta redeámus, si ejus pœnitentiæ luctus imitémur. Quid namque unguénto, nisi bonæ odor opiniónis exprimitur? Unde et Paulus dicit : Christi bonus odor sumus Deo in omni loco.

℞. Sufficiébat nobis paupértas nostra, ut divitiæ computaréntur : numquam fuisset pecúnia ipsa, pro qua misisti filium nostrum, * Báculum senectútis nostræ! †. Heu me, fili mi, ut quid te misimus peregrinári, lumen oculórum nostrórum? Báculum.

C'est donc nous que cette femme représente, si, après nos péchés, nous retournons de tout cœur au Seigneur, si nous imitons les pleurs de sa pénitence. Que symbolise en effet ce parfum, si ce n'est la bonne odeur de notre réputation? C'est pourquoi saint Paul dit : *Nous sommes la bonne odeur du Christ, pour Dieu, en tout lieu* ¹.

℞. Notre pauvreté nous suffisait : elle nous paraissait richesse ; que n'eût-il jamais existé, cet argent pour lequel vous nous avez fait envoyer notre fils, * Bâton de notre vieillesse. †. Hélas ! mon fils, pourquoi t'avons-nous envoyé au loin, lumière de nos yeux? Bâton.

LEÇON II

[Que signifie répandre du parfum et pleurer sur les pieds du Seigneur?]

SI ergo recta ópera ágimus, quibus opiniónis bonæ odóre Ecclésiám respergámus, quid in Dómini corpore, nisi unguéntum fúndimus? Sed secus pedes Jesu múlier stetit : contra pedes enim Dómini stétimus, cum in peccátis pósito ejus itiné-

SI donc nous faisons des œuvres bonnes qui répandent dans l'Église l'odeur d'une bonne réputation, que faisons-nous dans le corps du Seigneur, sinon y répandre du parfum? Mais la femme se tint près des pieds de Jésus ; nous nous mettons en effet devant les pieds du Seigneur, quand

1. 2 Cor. 2, 15.

ribus renitebámur. Sed si ad veram pœniténtiam post peccáta convértimur, jam retro secus pedes stamus ; quia ejus vestígia séquimur, quem impugnábamus. Lácrimis múlier pedes ejus rigat : quod nos quoque veráciter ágimus, si quibúslibet últimis membris Dómini per compassiónis afféctum inclinámur, si sanctis ejus in tribulatióne compátimur, si eórum tristítiam, nostram putámus.

℣. Benedícite Deum cæli et coram ómnibus vivéntibus confitémini ei, * Quia fecit vobíscum misericórdiam suam. ŷ. Ipsum benedícite et cantáte illi : et enarráte ómnia mirabília ejus. Quia.

nous nous opposons à ses voies par nos péchés ; mais si nous nous convertissons après nos fautes, et embrassons une pénitence sincère, alors nous nous tenons en arrière, près de ses pieds, car nous voulons suivre ses pas, au lieu de les arrêter. La femme arrose de ses larmes les pieds du Maître ; c'est ce que nous faisons aussi vraiment, si, par un sentiment de compassion, nous nous inclinons vers le moindre des membres du Seigneur, si nous compatissons à la souffrance de ses saints dans la tribulation ; si nous faisons nôtre leur tristesse.

℣. Bénissez le Dieu du ciel, et devant tous les vivants, louez-le : * Car il a exercé envers vous sa miséricorde. ŷ. Bénissez-le et chantez-le, et racontez toutes ses merveilles. Car.

LEÇON III

[Que signifie essayer et embrasser ses pieds ?]

CAPILLIS ergo pedes Dómini térgimus, quando sanctis ejus, quibus ex caritate compátimur, étiam ex his quæ nobis superfluunt, miserémur ;

Nous essayons donc de nos cheveux les pieds du Seigneur, lorsque nous montrons notre pitié pour ses saints, auxquels nous compatissons par charité, même au moyen de notre

quátenus sic mens per
 compassionem dóleat, ut
 étiam larga manus afféc-
 tum dolóris osténdat. Ri-
 gat namque lácrimis Re-
 demptóris pedes, sed ca-
 píllis suis non tergit, qui
 utcúmque proximórum
 dolóri compátitur, sed ta-
 men eis ex his quæ sibi
 supérfluunt, non miseré-
 tur. Plorat, et non tergit,
 qui verba quidem dolóris
 tribuit, sed non minis-
 trándo quæ desunt, vim
 dolóris mínime abscíndit.
 Osculátur múlier pedes,
 quos tergit : quod nos
 quoque plene ágimus, si
 studióse dilígimus, quos
 ex largitáte continémus ;
 ne gravis nobis sit necés-
 sitas próximi ; ne ipsa
 nobis ejus indigéntia, quæ
 sustentátur, fiat onerósa ;
 et, cum manus necessariá
 tribuit, ánimus a dilec-
 tióne torpéscat.

᠙7. Tempus est ut revér-
 tar ad eum qui misit me ;
 * Vos autem benedícite
 Deum et enarráte ómnia
 mirabilia ejus. ᠑. Confi-

superflu ; en pareil cas, il
 faut que notre âme souffre
 par compassion, pour que
 la largesse de la main ma-
 nifeste le sentiment de
 notre douleur. Celui-là en
 effet mouille de ses larmes
 les pieds du Rédempteur,
 mais ne les essuie pas de
 ses cheveux, qui compatit
 à la douleur de son prochain,
 mais ne lui vient pas en
 aide de son superflu. Il
 pleure, mais il n'essuie pas,
 celui qui, tout en donnant
 des paroles de tristesse, ne
 présente pas au malheu-
 reux ce qui lui manque,
 n'enlève rien de sa force à la
 douleur. La femme baise
 les pieds qu'elle essuie ; ce
 que nous aussi nous faisons
 véritablement, si nous ai-
 mons ardemment ceux que
 nous soutenons de notre
 libéralité, de façon que le
 besoin du prochain ne nous
 soit pas à charge, que le
 soulagement de son indi-
 gence ne nous soit pas un
 fardeau et que, la main
 présentant le nécessaire, l'es-
 prit ne laisse pas s'engour-
 dir l'affection.

᠙7. Il est temps que je
 retourne à celui qui m'a
 envoyé ; * Mais vous, bé-
 nissez le Seigneur, et racon-
 tez toutes ses merveilles.

témini ei coram ómnibus
vivéntibus, quia fecit vo-
biscum misericórdiam
suam. Vos. Glória Patri.
Vos.

ÿ. Louez-le devant tous
les vivants, car il a exercé
envers vous sa miséricorde.
Mais vous. Gloire au Père.
Mais vous.

A LAUDES

ÿ. Repléti sumus mane
misericórdia tua. R̄. Ex-
sultávimus, et delectáti
sumus.

Ad Bened. Ant. Múlier
* quæ erat in civitáte
peccátrix, stans retro se-
cus pedes Dómini, lácri-
mis cœpit rigáre pedes
ejus et capíllis cápitis sui
tergébat, et deosculabá-
tur pedes ejus et unguénto
ungébat.

ÿ. Nous avons été com-
blés, dès le matin, de votre
miséricorde. R̄. Nous avons
exulté et nous nous en
sommes délectés.

A Bénéd. Ant. Une femme
qui était connue dans la
cité comme pécheresse, se
tenant en arrière près des
pieds du Seigneur, com-
mença de les arroser de ses
larmes, de les essuyer avec
les cheveux de sa tête, puis
elle baisait ses pieds et les
oignait de parfum.

Oraison

PRÆSTA, quæsumus, om-
nípotens Deus : ut
observatiónes sacras án-
nua devotióne recoléntes,
et córpore tibi placeámus,
et mente. Per Dóminum.

ACCORDEZ à notre deman-
de, Dieu tout-puissant,
que célébrant avec zèle
chaque année ces saintes
observances, nous vous plai-
sions à la fois par le corps
et par l'âme. Par.

Et l'on dit cette Oraison jusqu'à None, tandis qu'aux Vêpres on reprend l'Oraison du Dimanche précédent. Mais si l'on ne dit pas les Vêpres de la Férie, on n'en fait pas non plus. Mémoire.

SAMEDI

DES QUATRE-TEMPS DE SEPTEMBRE

LEÇON I

Lectio
sancti Evangelii
secundum Lucam

Lecture
du saint Évangile
selon saint Luc

Chapitre 13, 6-17

IN illo tempore : Dicebat
Jesus turbis hanc simi-
litudinem : Arborem fici
habebat quidam plantam
in vinea sua et venit
quaerens fructum in illa et
non invenit. Et reliqua.

EN ce temps-là, Jésus
disait au peuple cette
parabole : Un homme avait
un figuier planté dans sa
vigne ; il vint y chercher
du fruit, et n'en trouva point.
Et le reste.

Homilia sancti
Gregorii Papae

Homélie de saint
Grégoire Pape

Homélie 31 sur les Évangiles

[Le figuier stérile a la même signification que la femme courbée.]

DOMINUS ac Redemptor
noster per Evangelium
suum aliquando verbis,
aliquando rebus loquitur :
aliquando aliud verbis,
atque aliud rebus ;
aliquando autem hoc verbis,
quod rebus. Duas etenim
res ex Evangelio, fratres,
audistis : ficulneam infructuosam,
et mulierem curvam ;
et utriusque rei est pietas
impensa. Illud autem dixit
per similitudinem : istud egit per

NOTRE Seigneur et Rédempteur,
dans son Évangile, s'adresse à nous
tantôt par des paroles tantôt
par des faits. Quelquefois
il dit une chose en paroles,
et une autre en actions.
D'autres fois, il exprime
une même chose en paroles
et en actions. Vous avez, en
effet, mes frères, entendu
parler de deux choses, dans
la lecture de l'Évangile :
d'un figuier stérile, et d'une
femme courbée ; dans les
deux cas, il déploie sa miséricorde.
Là il parle en para-

exhibitiónem. Sed hoc significat ficúlna infructuósa, quod múlier inclináta ; et hoc ficúlna reserváta, quod múlier erecta.

87. Tribulatiónes civitátum audívimus, quas passæ sunt, et defécimus : timor et hebetúdo mentis cécidit super nos et super líberos nostros : ipsi montes nolunt recípere fugam nostram : * Dómine, miserére. ʘ. Peccávimus cum pátribus nostris, injúste égimus, iniquitátem fécimus. Dómine.

bole ; là il agit pour donner un signe. Mais le figuier stérile signifie la même chose que la femme courbée, et le figuier qui obtient un délai, la même chose que la femme redressée.

87. Nous avons appris quelles tribulations avaient subies les villes, et nous nous sommes sentis défaillir ; la crainte et l'hébètement nous ont envahis, nous et nos enfants ; les montagnes elles-mêmes refusent de nous recevoir dans notre fuite : * Seigneur, ayez pitié. ʘ. Nous avons péché avec nos père, nous avons agi injustement, nous avons commis l'iniquité. Seigneur.

LEÇON II

[Symboles de la nature humaine pécheresse.]

QUID arbor fici, nisi humanam naturam designat? Quid múlier inclináta, nisi eámdem naturam significándo denúnciat? Quæ et bene plantáta est sicut ficus, et bene creáta sicut múlier ; sed in culpam própria sponte lapsa, neque fructum servat operatiónis, neque statum rectitúdinis. Ad peccátum quippe ex voluntáte córruens, quia fructum obediéntiæ ferre nóluit, statum rectitúdinis

QUE signifie le figuier, sinon la nature humaine? Que symbolise la femme courbée, sinon cette nature encore? Cette nature a été bien plantée, comme le figuier, et bien créée, comme la femme ; mais tombée de son plein gré dans le péché, elle ne conserve pas le fruit de son activité, ni l'état de rectitude. Se jetant en effet vers le péché de sa propre volonté, elle a perdu la droiture, parce qu'elle n'a pas

amísit. Quæ ad Dei similitudinem cõdita, dum in sua dignitáte non pérstitit, quod plantáta vel creáta fúerat, serváre contempsit. Tértio dõminus vineæ ad ficúlneam venit, quia naturám géneris humáni ante legem, sub lege, sub grátia, exspectándo, admonéndo, visitándo requisívit.

℞. Omni témpore benedic Deum, et pete ab eo ut vias tuas dírigat, * Et in omni témpore consília tua in ipso permáneant. Ÿ. Inquire ut fácias quæ plácita sunt illi in veritáte, et in tota virtúte tua. Et.

voulu porter les fruits de l'obéissance. Créée à l'image de Dieu, en ne se maintenant pas dans sa dignité, elle a dédaigné de conserver l'état dans lequel elle avait été plantée ou créée. C'est pour la troisième fois que le maître de la vigne vient au figuier, parce qu'il a recherché le genre humain avant la loi, sous la loi, sous le règne de la grâce, en l'attendant, en l'avertissant, en le visitant.

℞. En tout temps bénis Dieu, et demande-lui de diriger tes voies, * Et qu'en tout temps tes conseils demeurent en lui. Ÿ. Cherche à faire ce qui lui plaît en vérité, et de toutes tes forces. Et.

LEÇON III

[Le maître est venu en vain trois fois.]

VENIT ante legem, quia per naturálem intellectum quid unusquisque exémplo sui, quáliter erga próximum ágere debuisset, innótuit. Venit in lege, quia præcipiéndo dócuit. Venit post legem per grátiam, quia pietátis suæ præsentiam exhibéndo monstrávit. Sed tamen

IL est venu avant la loi, parce qu'il a manifesté à chacun par l'intelligence naturelle, comment chacun, à l'exemple de Dieu, devait agir à l'égard de son prochain. Il est venu sous la loi, par l'enseignement de ses préceptes. Il est venu après la loi, par la grâce, parce qu'il a montré, en la faisant paraître, la présence de sa bonté. Et ce-

in tribus annis fructum se non invenisse conquiritur : quia quorúmdam pravórum mentes nec inspiráta lex naturális córri-git, nec præcépta erú-diunt, nec incarnatiónis ejus miracula convértunt. Quid vero per cultórem vineæ, nisi præpositórum ordo exprimitur? Qui dum præsunt Ecclésiæ, nimírum Domínicæ cu-ram gerunt.

℞. Memor esto, fili, quóniam páuperem vitam gérimus : * Habébis multa bona, si timúeris Deum. √. In mente habéto eum, et cave nequándo prætermít-tas præcépta ejus. Habé-bis. Glória Patri. Habé-bis.

pendant il se plaint de n'avoir pas, en trois ans, trouvé de fruit, parce que les esprits de certains hommes pervers ne sont, ni corrigés par les inspira-tions de la loi naturelle ¹, ni instruits par les pré-ceptes positifs, ni convertis par les miracles de son in-carnation. Que signifie le vigneron, sinon la classe des supérieurs qui, en diri-geant l'Église, s'occupent assurément de la vigne du Seigneur?

℞. Souviens-toi, mon fils, que nous menons une vie pauvre ; * Tu auras beau-coup de biens, si tu crains Dieu. √. En ton esprit garde sa présence, et prends garde de ne jamais transgresser ses préceptes. Tu auras. Gloire au Père. Tu auras.

A LAUDES

√. Repléti sumus mane misericórdia tua. ℞. Ex-sultávimus, et delectáti sumus.

Ad. Bened. Ant. Illú-mina, Dómine, * sedén-tes in ténebris et umbra

√. Nous avons été com-blés, dès le matin, de votre miséricorde. ℞. Nous avons exulté et nous nous en sommes délectés.

A Bénéd. Ant. Illuminez, Seigneur, ceux qui sont assis dans les ténèbres et à l'ombre de la mort, et

1. La loi naturelle, dont parle ici S. Grégoire, s'oppose à la loi positive extérieurement révélée, mais non à l'inspiration intérieure.

mortis, et dirige pedes nostros in viam pacis. dirigez nos pas dans la voie de la paix.

Oraison

OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui per continentiam salutarem corporibus mederis et mentibus: majestatem tuam supplices exoramus; ut pia jejunantium deprecatione placatus, et presentia nobis subsidia tribuas et futura. Per Dominum.

O DIEU tout-puissant et éternel, qui, par une salutaire sobriété, guérissez les corps et les âmes, nous implorons humblement votre majesté pour que, apaisé par la pieuse prière de ceux qui jeûnent, vous nous accordiez des secours pour le présent et l'avenir. Par Notre Seigneur.

On dit cette Oraison jusqu'à None inclusivement.

A VÊPRES

ÿ. Vespertina oratio ascendat ad te, Domine. ʀ. Et descendat super nos misericordia tua.

Ad Magnif. Ant. Adonai, Domine, * Deus magne et mirabilis, qui dedisti salutem in manu feminae, exaudi preces servorum tuorum.

ÿ. Que la prière du soir monte vers vous, Seigneur. ʀ. Et que descende sur nous votre miséricorde.

A Magnif. Ant. Adonai Seigneur, vous êtes un Dieu grand et digne d'admiration; vous qui avez remis le salut dans les mains d'une femme, exaucez les supplications de vos serviteurs.

Oraison du Dimanche occurrent.

IV^e DIMANCHE DE SEPTEMBRE

SEMI-DOUBLE

AU 1^{er} NOCTURNE

LEÇON I

Incipit
liber Judith

Commencement
du livre de Judith

Chapitre 1, 1-12 ; 2, 1-3

[Grandeur d'Arphaxad.]

ARPHAXAD itaque rex Medórum subjugáverat multas gentes império suo, et ipse ædificávit civitátem potentíssimam, quam appellávit Ecbátanis, ex lapídibus quadrátis et sectis. Fecit muros ejus in altitúdinem cubitórum septuagínta et in latitúdinem cubitórum trigínta ; turres vero ejus pósuit in altitúdinem cubitórum centum. Per quadrum vero eárum latus utrúmque vicenórum pedum spátio tendebátur ; posúitque portas ejus in altitúdinem túrrium ; et gloriabátur quasi potens in poténtia exercitus sui et in glória quadrigárum suárum.

Ry. Adonái, Dómine, Deus magne et mirábilis, qui dedísti salutem in manu féminæ, * Exáudi preces servórum tuórum.

ARPHAXAD, roi des Mèdes, après avoir assujetti à son empire beaucoup de nations, bâtit une ville très forte, qu'il appela Ecbatane, en pierres de taille équarries. Il l'entoura de murailles hautes de soixante-dix coudées. A ses tours, il donna cent coudées de hauteur. Elles étaient de forme carrée, chaque côté avait vingt pieds de largeur ; et il fit les portes en proportion de la hauteur des tours ; et il se glorifiait comme étant puissant de la puissance de son armée et de la gloire de ses chars.

Ry. Adonái, Seigneur, Dieu grand et admirable, vous qui avez remis le salut entre les mains d'une femme, * Exaucez la prière de vos serviteurs. y. Soyez béni,

Ÿ. Benedíctus es, Dómine, qui non derelínquis præsuméntes de te, et de sua virtúte gloriántes humílias. Exáudi.

Seigneur, vous qui n'abandonnez pas ceux qui mettent en vous leur confiance, mais qui humiliez ceux qui s'enorgueillissent de leur puissance. Exaucez.

LEÇON II

[Nabuchodonosor vainc Arphaxad.]

ANNO ígitur duodécimo regni sui Nabuchodónosor rex Assyriórum, qui regnábat in Nínive civitáte magna, pugnávit contra Arpháxad et obtíruit eum in campo magno qui appellátur Rágau, circa Euphráten et Tigrin et Jádason, in campo Erioch regis Elicórum. Tunc exaltátum est regnum Nabuchodónosor, et cor ejus elevátum est ; et misit ad omnes qui habitábant in Cilícia et Damásco et Líbano, et ad gentes quæ sunt in Carmélo et Cedar et inhabitántes Galilæam in campo magno Esdrelon, et ad omnes qui erant in Samaría et trans flumen Jordánem usque ad Jerúsalem, et omnem terram Jesse, quoúsque perveniátur ad términos Æthiopiæ.

OR, la douzième année de son règne, Nabuchodonosor, roi des Assyriens, qui régnait à Ninive la grande ville, fit la guerre à Arphaxad et le vainquit, dans la grande plaine appelée Ragau, près de l'Euphrate, du Tigre et du Jadason, dans la plaine d'Erioch, roi des Eliciens. Alors fut exalté le règne de Nabuchodonosor et son cœur s'éleva ; et il envoya des messagers à tous ceux qui habitaient en Cilicie, à Damas, sur le Liban, et aux peuples qui sont sur le Carmel, à Cédar, aux habitants de la Galilée, dans la grande plaine d'Esdrelon, à tous ceux qui étaient dans la Samarie, au delà du fleuve du Jourdain, jusqu'à Jérusalem, et dans tout le pays de Jessé, jusqu'aux confins de l'Éthiopie.

Ÿ. Tribulatiónes civitátum audívimus, quas passæ sunt, et defécimus :

Ÿ. Nous avons appris quelles tribulations avaient subies les villes, et nous

timor et hebetudo mentis cecidit super nos et super liberos nostros : ipsi montes nolunt recipere fugam nostram : * Dómine, miserere. ✠. Peccávimus cum pátribus nostris, injuste égimus, iniquitatem fécimus. Dómine.

nous sommes sentis défaillir ; la crainte et l'hébétement nous ont envahis, nous et nos enfants ; les montagnes elles-mêmes refusent de nous recevoir dans notre fuite : * Seigneur, ayez pitié. ✠. Nous avons péché avec nos pères, nous avons agi injustement, nous avons commis l'iniquité. Seigneur.

LEÇON III

[Nabuchodonosor décide de s'assujettir toute la terre.]

AD hos omnes misit nuntios Nabuchodónosor rex Assyriórurum ; qui omnes uno ánimo contradixerunt et remisérunt eos vácuos et sine honóre abjecerunt. Tunc indignátus Nabuchodónosor rex advérsus omnem terram illam, jurávit per thronum et regnum suum, quod defénderet se de ómnibus regiónibus his. Anno tértio décimo Nabuchodónosor regis, vigésima et secúnda die mensis primi factum est verbum in domo Nabuchodónosor regis Assyriórurum, ut defénderet se. Vocavítque omnes majóres natu, omnésque duces et bellatóres suos, et hábuit cum eis mystérium consílii sui dixítque

ATOUTS ces peuples, Nabuchodónosor, roi des Assyriens, envoya des messagers ; et tous, d'un commun accord, répondirent aux messagers par un refus, et ils les renvoyèrent sans présents et les rejetèrent sans honneur. Alors le roi Nabuchodónosor, entrant en fureur contre tous ces pays, jura par son trône et par son royaume qu'il se vengerait de toutes ces régions. La treizième année du roi Nabuchodónosor, le vingt-deuxième jour du premier mois, il fut décidé, dans le palais de Nabuchodónosor, roi des Assyriens, qu'il se vengerait. Et il convoqua tous les anciens, tous ses généraux et ses guerriers, et il tint avec eux un conseil secret et il leur dit que son

cogitationem suam in eo esse, ut omnem terram suo subjugaret imperio.

℟. Benedicat te Dominus in virtute sua, qui per te ad nihilum redégit inimicos nostros : * Ut non deficiat laus tua de ore hominum. √. Benedictus Dominus qui creávit cælum et terram ; quia hodie nomen tuum ita magnificávit. Ut. Glória Patri. Ut.

dessein était d'assujettir tout le pays à son empire.

℟. Que le Seigneur, dans sa puissance, te bénisse, lui qui, par toi, a réduit à néant nos ennemis : * Et que ton éloge ne disparaisse pas de la bouche des hommes. √. Béni soit le Seigneur qui a créé le ciel et la terre, de ce qu'aujourd'hui, il a ainsi glorifié ton nom. Et que. Gloire au Père. Et que.

AU II^e NOCTURNE

LEÇON IV

Ex libro sancti
Ambrósii Episcopi
de Elía et jejúnió.

Du livre de saint
Ambroise Évêque
sur Elie et le jeûne

Chapitre 9

[Force que donne le jeûne.]

POTENTES vinum prohibentur bibere, ne, cum biberint, obliviscantur sapientiam. Dénique bibebant vinum in ebrietate potentes, qui Holoferni principi militiæ regis Assyriorum se tradere gestiabant ; sed non bibebat femina Judith, jejunans omnibus diebus viduitatis suæ, præter festorum dierum solemnitates. His armis munita processit et omnem Assyriorum circumvenit exercitum. Só-

ON défend aux puissants de boire du vin, de peur que, ayant bu, ils n'oublent la sagesse¹. Aussi buvaient-ils du vin jusqu'à l'ivresse, ceux qui se réjouissaient de se livrer à Holoferne, chef de l'armée du roi d'Assyrie. Judith au contraire ne buvait pas, jeûnant tous les jours de son veuvage, sauf aux jours de fêtes solennelles. Forte de ces armes, elle s'avança et circonvint toute l'armée des Assyriens. Grâce à la

1. Cf. *Prov.* 31, 4-5

brii vigóre consílii abstulit Holoférnis caput, servávit pudicítiam, victóriam reportávit.

Ṛ. Nos álium Deum nescímus præter Dóminum, in quo sperámus : * Qui non déspicit nos, nec ámovet salútem suam a génere nostro. ẏ. Indulgéntiam ipsíus fuis lácrimis postulémus, et humiliémus illi ánimas nostras. Qui.

force que lui donnait sa résolution de sobriété, elle coupa la tête d'Holoferne, conserva sa chasteté, remporta la victoire.

Ṛ. Nous ne connaissons d'autre Dieu que le Seigneur, en qui nous mettons notre espoir, * Qui ne nous méprise pas, et ne retire pas son salut de notre race. ẏ. Demandons son indulgence en répandant des larmes, et humilions nos âmes devant lui. Qui.

LEÇON V

[Les jeûnes de Judith et d'Esther ont délivré leur nation.]

HÆC enim succíncta jejúnio in castris præ-tendébat aliénis ; ille vino sepúltus jacébat, ut ictum vúlneris sentire non posset. Itaque uníus mulíeris jejúnium innúmeros stravit exércitus Assyriórum. Esther quoque púlchrior facta est jejúnio ; Dóminus enim grátiam sóbriæ mentis augébat. Omne genus suum, id est, totum pópulum Judæórum a persecutiónis acerbítate liberávit, ita ut regem sibi fáceret esse subjéctum.

CETTE femme en effet, armée de son jeûne, s'était donné pour but le camp ennemi ; lui (Holoferne), enseveli dans le vin, gisait à terre, en sorte qu'il ne pouvait plus sentir le coup d'une blessure. Ainsi le jeûne d'une seule femme brisa l'innombrable armée des Assyriens. Esther aussi devint plus belle par le jeûne, car le Seigneur augmentait le charme de son âme tempérante. Elle délivra toute sa race, c'est-à-dire tout le peuple juif, des cruautés de la persécution, si bien qu'elle tint sous son pouvoir le roi lui-même.

᠙. Dominátor, Dómine cælórum et terræ, Créator aquárum, Rex univérsæ creatúræ : * Exáudi oratiónem servórum tuórum. ḡ. Tu, Dómine, cui humílium semper et mansuetórum plácuít deprecátio. Exáudi.

᠙. Dominateur, Seigneur des cieux et de la terre, Créateur des eaux, Roi de la création tout entière : * Exaucez la prière de vos serviteurs. ḡ. Vous, Seigneur, à qui la prière des humbles et des doux a toujours plu. Exaucez.

LEÇON IV

[Divers bienfaits du jeûne.]

ITAQUE illa, quæ tríduo jejúnávit contínuo, et corpus suum aqua lavit, plus plácuít, et vindíctam rétulit. Aman autem, dum se regáli jactat convívio, inter ipsa vina pœnam suæ ebrietátis exsólvit. Est ergo jejúnium reconciliatiónis sacrificium, virtútis incrementum, quod fecit étiam féminas fortióres augménto grátia. Jejúnium nescit fæneratórem, non sortem fænoris novit : non rédolet usúras mensa jejúnántium. Etiam ipsis jejúnium convíviiis dat grátiam : dulcióres post famem épulæ fiunt, quæ assiduitáte fastidio sunt, et diutúrna continuatióne viléscunt. Condimentum cibi jejúnium est : quanto

VOILA pourquoi celle qui durant trois jours jeûna de façon continuelle et lava son corps avec de l'eau, plut davantage au Seigneur et obtint la vengeance. Aman, au contraire, tandis qu'il se vantait au cours d'un banquet royal, paya, au cours même de ses beuveries, la peine de son ivresse. Le jeûne est donc un sacrifice de réconciliation, une augmentation de force, qui a rendu les femmes elles-mêmes plus courageuses, par un accroissement de grâce. Le jeûne ne connaît pas l'usurier, il ne connaît pas les risques du prêt ; la table de ceux qui jeûnent ne sent point l'usure. Aux festins eux-mêmes, le jeûne donne de l'agrément ; après la faim, plus agréables sont les repas, dont la fréquence amène le dégoût et qui longtemps prolongés perdent

avídior appeténtia, tanto esca jucúndior.

ꝛ. Dómine Deus, qui cónteris bella ab inítio, eleva bráchium tuum super Gentes, quæ cógitant servis tuis mala : * Et dextera tua glorificétur in nobis. ŷ. Allíde virtútem eórum in virtúte tua ; cadat robur eórum in iracúndia tua. Et. Glória Patri. Et.

tout leur charme. Le jeûne est le condiment de la nourriture ; plus l'appétit est avide, plus la nourriture est agréable.

ꝛ. Seigneur Dieu, qui arrêtez les guerres à leur début, levez votre bras sur les nations qui complotent contre vos serviteurs : * Et votre droite sera glorifiée en nous. ŷ. Brisez leur puissance par votre puissance ; que leur force tombe sous votre colère. Et. Gloire au Père. Et.

LUNDI

LEÇON I

De libro Judith

Du livre de Judith

Chapitre 4, 1-12

[Préparatifs défensifs des Juifs.]

FILII Israël, qui habitábant in terra Juda, timuérunt valde a fácie Holoférnis ; tremor et horror invásit sensus eórum, ne hoc fáceret Jerúsalem et templo Dómini, quod fécerat céteris civitátibus et templis eárum. Et miserunt in omnem Samaríam per circúitum usque Jéricho et præocupavérunt omnes vértices móntium et muris

LES fils d'Israël, qui demeuraient dans la terre de Juda, furent saisis de crainte, à l'approche d'Holoferne ; la crainte et la frayeur envahirent leurs esprits, à la pensée qu'il pourrait traiter Jérusalem et le temple du Seigneur comme il avait traité les autres villes et leurs temples. Et ils envoyèrent des messagers dans toute la Samarie et aux alentours, jusqu'à Jéricho, et ils occupèrent d'avance tous les sommets des

circumdedérunt vicos suos et congregavérunt fruménta in præparatiónem pugnae.

ꝛ. Adonái, Dómine, Deus magne et mirábilis, qui dedisti salutem in manu féminæ, * Exáudi preces servórum tuórum. Ÿ. Benedíctus es, Dómine, qui non derelinquis præsuméntes de te, et de sua virtúte gloriántes humílias. Exáudi.

montagnes ; ils entourèrent leurs bourgs de murailles, et firent des provisions de blé pour se préparer à soutenir la lutte.

ꝛ. Adonai, Seigneur, Dieu grand et admirable, qui avez remis le salut entre les mains d'une femme, * Exaucez les prières de vos serviteurs. Ÿ. Soyez béni, Seigneur, vous qui n'abandonnez pas ceux qui mettent en vous leur confiance, mais qui humiliez ceux qui s'enorgueillissent de leur puissance. Exaucez.

LEÇON II

[Ordres du grand-prêtre Eliacim.]

SACERDOS étiam Eliachim cripsit ad univérsoz qui erant contra Esdreton, quæ est contra faciém campi magni juxta Dóthain, et univérsoz per quos viæ tránsitus esse póterat, ut obtinérent ascénsus móntium, per quos via esse póterat ad Jérusalem, et illic custodírent ubi angústum iter esse póterat inter montes. Et fecérunt filii Israël secúndum quod constitúerat eis sacerdos Dómini Eliachim. Et clamávit omnis pópulus ad Dóminum instántia magna, et humiliavérunt ánimas suas in

LE grand-prêtre Eliacim écrivit aussi à tous ceux qui habitaient en face d'Esdreton, vis-à-vis de la grande plaine qui est près de Dóthain, et à tous ceux sur le territoire desquels étaient les passages, afin qu'ils occupassent les défilés des montagnes par où l'on pouvait aller à Jérusalem, et qu'ils gardassent les endroits resserrés qui pouvaient offrir un chemin entre les montagnes. Et les fils d'Israël exécutèrent ce que leur avait ordonné Eliacim, prêtre du Seigneur. Et tout ce peuple cria vers le Seigneur avec grande instance, et ils

jejúniis et oratióibus ipsi et mulieres eórum.

℞. Tribulatiónes civitátum audívimus, quas passæ sunt, et defécimus : timor et hebetúdo mentis cécidit super nos et super líberos nostros : ipsi montes nolunt recíperere fugam nostram : * Dómine, miserére. √. Peccávimus cum pátribus nostris, injuste égimus, iniquitátem fécimus. Dómine.

Aux Octaves et aux Fêtes simples : Glória Patri. Dóminum.

LEÇON III

[Préparatifs religieux.]

ET induérunt se sacerdotes cilíciis, et infántes prostravérunt contra faciém templi Dómini, et altáre Dómini operuérunt cilicio ; et clamavérunt ad Dóminum Deum Israél unánimiter, ne daréntur in prædam infántes eórum, et uxóres eórum in divisiónem, et civitátes eórum in exterminium, et sancta eórum in pollutiónem, et fierent oppróbrium Géntibus. Tunc Eliachim sacerdos Dómini magnus circuít omnem Israél allocutús-

humilièrent leurs âmes dans le jeûne et la prière, eux et leurs femmes.

℞. Nous avons appris quelles tribulations avaient subies les villes, et nous nous sommes sentis défaillir ; la crainte et l'hébétement nous ont envahis, nous et nos enfants ; les montagnes elles-mêmes refusent de nous recevoir en notre fuite : * Seigneur, ayez pitié. √. Nous avons péché avec nos pères, nous avons agi injustement, nous avons commis l'iniquité. Seigneur.

Aux Octaves et aux Fêtes simples : Glória Patri. Dó-

ET les prêtres se revêtirent de cilices, et les enfants se prosternèrent devant le temple du Seigneur, et l'on couvrit d'un cilice l'autel du Seigneur ; et ils crièrent d'un cœur unanime vers le Seigneur, Dieu d'Israél, pour que leurs enfants ne fussent pas donnés en butin, leurs femmes livrées en partage, leurs villes à la destruction, leur sanctuaire profané, et qu'Israél ne devint pas objet d'opprobre pour les Gentils. Alors Eliachim, le grand-prêtre du Seigneur, parcourut tout

que est eos dicens : Scitote quoniam exaudiet Dominus preces vestras, si manentes permanseritis in jejuniis et orationibus in conspectu Domini.

℞. Benedicat te Dominus in virtute sua, qui per te ad nihilum redégit inimicos nostros : * Ut non deficiat laus tua de ore hominum. ʒ. Benedictus Dominus qui creavit cælum et terram ; quia hodie nomen tuum ita magnificavit. Ut. Glória Patri. Ut.

le pays d'Israël, et il s'adressa au peuple en disant : « Sachez que le Seigneur exaucera vos prières, si vous persévérez dans le jeûne et la prière en sa présence. »

℞. Que le Seigneur, dans sa puissance, te bénisse, lui qui, par toi, a réduit à rien nos ennemis : * Et que ton éloge ne disparaisse pas de la bouche des hommes. ʒ. Béni soit le Seigneur qui a créé le ciel et la terre, de ce que, aujourd'hui, il a ainsi glorifié ton nom. Et que. Gloire au Père. Et que.

MARDI

LEÇON I

De libro Judith

Du livre de Judith

Chapitre 8, I-II

[Origine de Judith.]

ET factum est, cum audisset hæc verba Judith vidua, quæ erat filia Merári, filii Idox, filii Joseph, filii Ozíæ, filii Elai, filii Jammor, filii Gédeon, filii Ráphaim, filii Achitob, filii Melchíæ, filii Enan, filii Nathaniæ, filii Saláthiel, filii Símeon, filii Ruben, et vir ejus fuit Manásses, qui mortuus est in diébus messis hordeæcæ ; in-

ET il arriva que ces paroles furent rapportées à Judith, une veuve, fille de Mérari, fils d'Idox, fils de Joseph, fils d'Ozias, fils d'Elai, fils de Jammor, fils de Gédéon, fils de Raphaïm, fils d'Achitob, fils de Melchia, fils d'Enan, fils de Nathania, fils de Salathiel, fils de Siméon, fils de Ruben. Elle avait eu pour mari Manassès, qui mourut au temps de la moisson de

stábat enim super alligán-tes manípulos in campo, et venit æstus super caput ejus, et mórtuus est in Bethúlia civitáte sua et sepúltus est illic cum pátribus suis. Erat autem Judith relicta ejus vídua jam annis tribus et ménsibus sex.

℞. Nos álium Deum nescimus præter Dóminum, in quo sperámus : * Qui non despícit nos, nec ámovet salútem suam a génere nostro. √. Indulgéntiam ipsíus fisis lácrimis postulémus, et humiliémus illi ánimas nostras. Qui.

LEÇON II

[Portrait de Judith.]

ET in superióribus domus suæ fecit sibi secrétum cubículum, in quo cum puéllis suis clausa morabátur. Et habens super lumbos suos cilícium, jejunábat ómnibus diébus vitæ suæ præter sábbata et neoméncias et festa domus Israél. Erat autem elegánti aspéctu nimis ; cui vir suus reliquerat divítias multas et famíliam copiósam ac possessionés arméntis boum

l'orge. Tandis qu'il surveillait ceux qui liaient les gerbes dans les champs, il reçut à la tête un coup de soleil, et mourut dans Béthulic, sa ville, et il y fut enseveli avec ses pères. Il y avait déjà trois ans et six mois que Judith était restée veuve.

℞. Nous ne connaissons d'autre Dieu que le Seigneur, en qui nous mettons notre espoir, * Qui ne nous méprise pas, et ne retire pas son salut de notre race. √. Demandons son indulgence en répandant des larmes, et humilions nos âmes devant lui. Qui.

ET en haut de sa maison elle s'était construit une chambre retirée, où elle demeurerait enfermée avec ses servantes. Ayant sur ses reins un cilice, elle jeûnait tous les jours de sa vie, excepté aux jours de sabbat et de nouvelle lune, et aux fêtes de la maison d'Israël. Elle était extrêmement belle ; son mari lui avait laissé de grandes richesses, de nombreux serviteurs et des propriétés remplies de troupeaux de bœufs et de brebis. Elle

et grégibus óvium plenas. Et erat hæc in ómnibus famosíssima, quóniam tímébat Dóminum valde, nec erat qui loquerétur de illa verbum malum.

ᚱ. Dominátor, Dómine cælórum et terræ, Créator aquárum, Rex univérsæ creatúræ : * Exáudi oratiónem servórum tuórum. ŷ. Tu, Dómine, cui humílium semper et mansuetórum plácuít deprecátio. Exáudi.

Aux Octaves et aux Fêtes simples : Glória. Exáudi.

LEÇON III

[Elle blâme Ozias.]

HÆC itaque, cum audísset quóniam Ozías promísset quod, transácto quinto die, tráderet civitátem, misit ad presbyteros Chabri et Charmi. Et venérunt ad illam, et dixit illis : Quod est hoc verbum, in quo consénsit Ozías, ut tradat civitátem Assyriis, si intra quinque dies non vénerit vobis adjutórium? Et qui estis vos, qui tentátis Dóminum?

ᚱ. Dómine Deus, qui cónteris bella ab inítio, eleva bráchium tuum super Gentes, quæ cógitant servistuis mala : * Et déxtera tua glorificétur in nobis.

était en grande renommée auprès de tous, car elle craignait beaucoup le Seigneur, et il n'y avait personne pour mal parler d'elle.

ᚱ. Dominateur, Seigneur des cieux et de la terre, Créateur des eaux, Roi de la création tout entière : * Exaucez la prière de vos serviteurs. ŷ. Vous, Seigneur, à qui la prière des humbles et des doux a toujours plu. Exaucez.

DONC, quand elle apprit qu'Ozias avait promis de livrer la ville, au cinquième jour écoulé elle envoya chercher Chabri et Charmi, anciens du peuple. Ils vinrent à elle et elle leur dit : « Quelle est cette parole d'après laquelle Ozias accepterait de livrer la ville aux Assyriens, si dans les cinq jours il ne nous venait pas de secours? Et qui êtes-vous, vous qui mettez ainsi le Seigneur à l'épreuve? »

ᚱ. Seigneur Dieu, qui arrêtez les guerres à leur début, levez votre bras sur les nations qui complotent contre vos serviteurs : * Et votre droite sera glorifiée

ŷ. Allíde virtútem eórum
in virtúte tua ; cadat ro-
bur eórum in iracúndia
tua. Et. Glória Patri. Et.

en nous. ŷ. Brisez leur
puissance par votre puis-
sance ; que leur force tombe
sous votre colère. Et. Gloire
au Père. Et.

MERCREDI
LEÇON I

De libro Judith

Du livre de Judith

Chapitre 10, 1-4

[Judith se pare de ses plus beaux atours.]

FACTUM est autem, cum
cessásset clamáre ad
Dóminum, surréxit de
loco in quo jacúerat pros-
tráta ad Dóminum ; voca-
vítque abram suam, et
descéndens in domum
suam ábstulit a se cilí-
cium et éxuit se vesti-
méntis viduitátis suæ et
lavit corpus suum et un-
xit se myro óptimo et
discriminávit crímen cápi-
tis sui et impósuit mi-
tram super caput suum et
índuit se vestiméntis ju-
cunditátis suæ induítque
sandália pédibus suis as-
sumpsítque dextraliola et
lília et ináures et ánulos
et ómnibus ornáméntis
suis ornávit se. Cui étiam
Dóminus cóntulit splen-
dórem.

ŷ. Confórta me, Rex,
Sanctórum principátum
tenens : * Et da sermón-
nem rectum et bene sonán-
tem in os meum. ŷ. Dó-

OR il arriva qu'ayant
cessé de crier vers le
Seigneur, Judith se leva
du lieu où elle était pros-
ternée devant le Seigneur ;
et elle appela sa servante,
et, descendue dans sa mai-
son, elle ôta son cilice, se
dépouilla de ses vêtements
de veuve ; elle se lava le
corps, répandit sur elle de
la myrrhe la plus fine,
arrangea soigneusement sa
chevelure, mit un turban
sur sa tête, revêtit ses vête-
tements de fête, attacha des
sandales à ses pieds, prit des
bracelets, son collier, des
pendants d'oreilles, des
anneaux, se para de tous
ses ornements. Le Seigneur
ajouta encore à son éclat.

ŷ. Fortifiez-moi, ô Roi,
qui détenez le commande-
ment des Saints : * Et
donnez à ma bouche la pa-
role qui convienne et qui

mine, Rex univérſæ potes-
tátis, convérte consílium
eórum super eos. Et.

sonne juste. ¶. Seigneur, Roi
d'universelle puissance, fai-
tes retomber sur eux-
mêmes leur dessein. Et.

LEÇON II

Ibid., II-12

[Elle se présente devant les sentinelles.]

FACTUM est autem, cum
descenderet montem
circa ortum diéi, occur-
rérunt ei explorátóres As-
syriórum et tenuérunt eam
dicéntes : Unde venis aut
quo vadis ? Quæ respón-
dit : Fília sum Hebræó-
rum ; ideo ego fugi a fácie
eórum, quóniam futúrum
agnóvi quod dentur vobis
in deprædatiónem, pro
eo quod contemnéntes
vos noluerunt ultro trá-
dere seipsos, ut invenírent
misericórdiam in con-
spéctu vestro.

¶. Tribulatiónes civitá-
tum audívimus, quas pas-
sæ sunt, et defécimus :
timor et hebetúdo mentis
cécidit super nos et super
líberos nostros : ipsi mon-
tes nolunt recípere fugam
nostram : * Dómine, mi-
serére. ¶. Peccávimus cum
pátribus nostris, injúste
égimus, iniquitátem féci-
mus. Dómine.

OR il arriva, comme elle
descendait la montagne,
vers le lever du jour, que
les postes avancés des
Assyriens la rencontrèrent
et l'arrétèrent, en disant :
« D'où viens-tu, et où vas-
tu ? » Et répondit : « Je suis
fille des Hébreux ; et je me
suis enfuie d'auprès d'eux,
parce que j'ai prévu qu'ils
deviendront votre proie, du
fait qu'il vous ont méprisés
et qu'ils n'ont pas voulu
se rendre à vous volontai-
rement et trouver miséri-
corde devant vous. »

¶. Nous avons appris
quelles tribulations avaient
subies les villes, et nous
nous sommes sentis défail-
lir ; la crainte et l'hébéte-
ment nous ont envahis
nous et nos enfants ; les
montagnes elles-mêmes re-
fusent de nous recevoir
en notre fuite : * Seigneur,
ayez pitié. ¶. Nous avons
péché avec nos pères, nous
avons agi avec injustice,
nous avons commis l'ini-
quité. Seigneur.

Aux Octaves et aux Fêtes simples : Glória Patri. Dómine.

LEÇON III

Ibid., 16-20

[Elle paraît devant Holoferne.]

DUXERUNTQUE illam ad tabernáculum Holofernís annuntiántes eam. Cumque intrásset ante faciém ejus, statim captus est in suis óculis Holofernes. Dixerúntque ad eum satéllites ejus : Quis contémnat pópulum Hebræórum, qui tam decóras mulieres habent, ut non pro his mérito pugnáre contra eos debeámus? Videns itaque Judith Holofernem sedéntem in conopéo, quod erat ex púrpura et auro et smarágdo et lapídibus pretiósissimintextum, et, cum in faciém ejus intendísset, adorávit eum prostérnens se super terram.

℣. Benedícat te Dóminus in virtúte sua, qui per te ad níhilum redégit inimícos nostros : * Ut non deficiat laus tua de ore hóminum. √. Benedíctus Dóminus qui creávit cælum et terram ; quia hódie nomen tuum ita magnificávit. Ut. Glória Patri. Ut.

ET ils la menèrent à la tente d'Holoferne et ils l'annoncèrent. Quand elle fut entrée en sa présence, Holoferne fut aussitôt pris par les yeux. Et ses officiers lui dirent : « Qui donc mépriserait le peuple des Hébreux, qui possèdent de si belles femmes, et penserait que nous n'avons pas raison de combattre contre eux, pour ces femmes? » Or Judith, voyant Holoferne assis sous son pavillon qui était de pourpre et d'or, orné d'émeraudes et de pierres précieuses, et jetant les yeux sur son visage, l'adora en se prosternant jusqu'à terre.

℣. Que le Seigneur, dans sa puissance, te bénisse, lui qui, par toi, a réduit à rien nos ennemis : * Et que ton éloge ne disparaisse pas de la bouche des hommes. √. Béni soit le Seigneur qui a créé le ciel et la terre, de ce qu'aujourd'hui il a ainsi glorifié ton nom. Et que. Gloire au Père. Et que.

JEUDI

Si ce jeudi tombe après le 24 septembre, de telle sorte que cette semaine soit la dernière du mois, on lit, cette nuit, le livre d'Esther avec ses Répons, qu'on trouve ci-dessous, au V^e Dimanche, p. 179 ; on lit les Leçons de ce livre, même les deux jours suivants, de façon cependant qu'après avoir lu le commencement qui est marqué pour le Dimanche, on dise, aux Fêtes suivantes, les Leçons du Vendredi correspondant, ou du Samedi de la même V^e semaine.

LEÇON I

De libro Judith

Du livre de Judith

Chapitre 12, 10-13

[Holoferne fait inviter Judith à un festin]

ET factum est, in quarto die Holofernes fecit cœnam servis suis et dixit ad Vágao eunúchum suum : Vade et suáde Hebræam illam ut sponte consentiát habitáre mecum. Fœdum est enim apud Assyrios, si fémína irrídeat virum agéndo ut immúnis ab eo tránseat. Tunc introívit Vágao ad Judith et dixit : Non vereátur bona puélla introíre ad dómínium meum, ut honorificétur ante fáciem ejus, ut mandúcet cum eo et bibat vinum in jucunditáte. Cui Judith respóndit : Quæ ego sum, ut contradícám dómíno meo ?

℞. Adonái, Dómine, Deus magne et mirábilis, qui dedísti salutem in manu fémínæ, * Exáudi

OR il arriva qu'au quatrième jour Holoferne donna un festin à ses serviteurs, et il dit à Vagao, son eunuque : « Va et persuade à cette juive qu'elle consente à habiter avec moi ; car c'est une honte chez les Assyriens qu'une femme se raille d'un homme, en se comportant de telle sorte qu'elle le quitte pure. » Alors Vagao entra chez Judith et lui dit : « Que la bonne fille ne craigne pas d'entrer chez mon seigneur, pour être honorée en sa présence, pour manger avec lui et boire du vin avec joie. » Judith lui répondit : « Qui suis-je, pour résister à mon Seigneur ? »

℞. Adonai, Seigneur, Dieu grand et admirable, qui avez remis le salut entre les mains d'une femme,

preces servórum tuórum.
 ŷ. Benedíctus es, Dómine,
 qui non derelínquis præ-
 suméntes de te, et de sua
 virtúte gloriántes humí-
 lias. Exáudi.

* Exaucez la prière de vos
 serviteurs. ŷ. Soyez béni,
 Seigneur, vous qui n'aban-
 donnez pas ceux qui mettent
 en vous leur confiance, mais
 qui humiliez ceux qui s'enor-
 gueillissent de leur puis-
 sance. Exaucez.

LEÇON II

Ibid., 13, I-II

[Holoferne s'endort et Judith prie.]

UT autem sero factum
 est, festinavérunt ser-
 vi illius ad hospítia sua ;
 et conclusit Vágao óstia
 cubículi et ábiit. Erant
 autem omnes fatigáti a
 vino ; erátque Judith sola
 in cubículo. Porro Holo-
 féernes jacébat in lecto ní-
 mia ebrietáte sopítus. Di-
 xítque Judith puéllæ suæ
 ut staret foris ante cubícu-
 lum et observáret. Stetit-
 que Judith ante lectum
 orans cum lácrimis et labió-
 rum motu in siléntio di-
 cens : Confírma me, Dómi-
 ne, Deus Israél, et réspice
 in hac hora ad ópera má-
 num meárum, ut, sicut
 promísisti, Jerúsalem civi-
 tátém tuam érigas, et hoc
 quod credens per te posse
 fíeri cogitávi, perficiam.

OR, quand le soir fut
 venu, ses serviteurs se
 hâtèrent de rentrer chacun
 chez eux ; et Vagao ferma
 les portes de la chambre et
 s'en alla. Or tous étaient
 appesantis par le vin, et
 Judith se trouvait seule dans
 la chambre. Quant à Holo-
 ferne, il était étendu sur son
 lit dans le sommeil d'une
 profonde ivresse. Et Judith
 dit à sa servante de se tenir
 dehors, devant la chambre
 et de faire le guet. Et Judith
 se tint debout devant le lit ;
 priant avec larmes et re-
 muant les lèvres en silence,
 elle disait : « Seigneur,
 Dieu d'Israël, fortifiez-moi,
 et regardez à cette heure
 l'œuvre de mes mains, afin
 que, selon votre promesse,
 vous releviez votre ville de
 Jérusalem, et que je mène
 à bonne fin ce que j'ai
 cru pouvoir entreprendre
 avec votre assistance. »

℞. Tribulatiónes civitatum audívimus, quas passæ sunt, et defécimus : timor et hebetúdo mentis cécidit super nos et super líberos nostros : ipsi montes nolunt recíperere fugam nostram : * Dómine, miserére. √. Peccávimus cum pátribus nostris, injuste égimus, iniquitatem fécimus. Dómine.

Aux Octaves et aux Fêtes simples : Glória Patri. Dómine.

LEÇON III

[Meurtre d'Holoferne.]

ET, cum hæc dixisset, accessit ad colúmnam, quæ erat ad caput léctuli ejus, et pugiónem ejus, qui in ea ligátus pendébat, exsólvit. Cumque evaginásset illum, apprehéndit comam cápitis ejus et ait : Confírma me, Dómine Deus, in hac hora. Et percússit bis in cervicem ejus et abscídit caput ejus et ábstulit conopéum ejus a colúmnis et évólvit corpus ejus truncum. Et post pusillum exívit et trádedit caput Holoférnis ancillæ suæ et jussit ut mitteret illud in peram suam.

℞. Benedícat te Dóminus in virtúte sua, qui per

℞. Nous avons appris quelles tribulations avaient subies les villes, et nous nous sommes sentis défaillir ; la crainte et l'hébétement nous ont envahis, nous et nos enfants ; les montagnes elles-mêmes refusent de nous recevoir en notre fuite : * Seigneur, ayez pitié. √. Nous avons péché avec nos pères, nous avons agi injustement, nous avons commis l'iniquité. Seigneur.

AYANT dit ces paroles, elle s'approcha de la colonne qui était au chevet du lit d'Holoferne, et détacha l'épée qui y était suspendue. Puis, l'ayant tirée du fourreau, elle saisit les cheveux d'Holoferne et dit : « Fortifiez-moi, Seigneur Dieu, à cette heure. » Puis elle le frappa deux fois sur le cou, lui coupa la tête, détacha le rideau des colonnes et roula à terre le corps décapité. Un instant après, elle sortit, donna à sa servante la tête d'Holoferne et lui commanda de la mettre dans son sac.

℞. Que le Seigneur, dans sa puissance, te bénisse, lui

te ad nihilum redégit inimicos nostros : * Ut non deficiat laus tua de ore hominum. ʘ. Benedictus Dóminus qui creávit cælum et terram ; quia hódie nomen tuum ita magnificávit. Ut. Glória Patri. Ut.

qui, par toi, a réduit à néant nos ennemis. * Et que ton éloge ne disparaisse pas de la bouche des hommes. ʘ. Béni soit le Seigneur, qui a créé le ciel et la terre, de ce qu'aujourd'hui il a ainsi glorifié ton nom. Et que. Gloire au Père. Et que.

VENDREDI
LEÇON I

De libro Judith

Du livre de Judith

Chapitre 15, 1-3

[Démoralisée, l'armée s'enfuit.]

CUMQUE omnis exercitus decollátum Holofernem audísset, fugit mens et consilium ab eis, et solo tremóre et metu agitati fugæ præsidium sumunt, ita ut nullus loqueretur cum próximo suo, sed inclináto cápite, relictis ómnibus, evádere festinábant Hebræos, quos armátos super se venire audiébant, fugientes per vias campórum et sémitas cóllium. Vidéntes itaque filii Israël fugiéntes, secúti sunt illos, descendéruntque clangéntes tubis et ululántes post ipsos.

LORSQUE toute l'armée apprit qu'Holoferne avait eu la tête coupée, ils perdirent l'esprit et toute pensée réfléchie, et livrés entièrement aux agitations de la frayeur et de l'effroi, ils cherchèrent leur salut dans la fuite, de sorte que personne ne disait mot à son voisin, mais, la tête basse, abandonnant tout, ils se hâtaient de fuir les Hébreux qu'ils entendaient venir sur eux bien armés, et ils fuyaient par les chemins de la campagne et par les sentiers des montagnes. Les voyant fuir, les fils d'Israël les poursuivirent, descendirent en sonnant de la trompette et en poussant de grands cris derrière eux.

℞. Nos álium Deum nescimus præter Dóminum, in quo sperámus : * Qui non despícit nos, nec ámovet salútem suam a génere nostro. √. Indulgéntiam ipsíus fuis lácrimis postulémus, et humiliémus illi ánimas nostras. Qui.

℞. Nous ne connaissons d'autre Dieu que le Seigneur, en qui nous mettons notre espoir, * Qui ne nous méprise pas, et ne retire pas son salut de notre race. √. Demandons son indulgence en répandant des larmes, et humilions nos âmes devant lui. Qui.

LEÇON II

Ibid. 5-7

[Poursuite générale, butin considérable.]

MISIT itaque Ozias nuntios per omnes civitates et regiones Israël. Omnis itaque regio omnisque urbs eléctam juventutem armátam misit post eos ; et persecúti sunt eos in ore gládii, quousque pervenirent ad extremitátem finium suorum. Réliqui autem qui erant in Bethúlia, ingrési sunt castra Assyriorum et prædam, quam fugientes Assyrii reliquerant, abstulerunt et onustati sunt valde.

OZIAS envoya donc des messagers dans toutes les villes et dans tous les districts d'Israël, en sorte que chaque village et chaque ville mit à la poursuite des Assyriens l'élite des jeunes gens, tous armés ; et ils les poursuivirent l'épée à la main, jusqu'à ce qu'ils arrivassent aux extrêmes frontières. Ceux qui étaient restés à Béthulie entrèrent dans le camp des Assyriens, emportèrent le butin que les Assyriens avaient abandonné dans leur fuite, et ils revinrent lourdement chargés.

℞. Dominátor, Dómine cælórum et terræ, Créátor aquárum, Rex univérsæ creatúræ : * Exáudi orationem servórum tuórum. √. Tu, Dómine, cui humílium semper et mansue-

℞. Dominateur, Seigneur des cieus et de la terre, Créateur des eaux, Roi de la création toute entière : * Exaucez la prière de vos serviteurs. √. Vous, Seigneur, à qui la prière des

tórum plácuit deprecátio.
Exáudi.

humbles et des doux a
toujours plu. Exaucez.

Aux Octaves et aux Fêtes simples : Glória Patri.
Exáudi.

LEÇON III

Ibid. 9-12

[Triomphe de Judith.]

JOACHIM autem summus
póntifex de Jerúsalem
venit in Bethúliam cum
unívèrsis presbyteris suis,
ut vidéret Judith. Quæ
cum exísset ad illum,
benedixerunt eam omnes
una voce dicéntes : Tu
glória Jerúsalem, tu lætí-
tia Israël, tu honorificéntia
pópuli nostri. Quia fecísti
viriliter, et confortátum
est cor tuum, eo quod casti-
tátém amáveris et, post
virum tuum, álterum nes-
cieris, ideo et manus
Dómini confortávit te,
et ideo eris benedícta in
ætérum. Et dixit omnis
pópulus : Fiat, fiat.

℞. Dómine Deus, qui
cónteris bella ab inítio,
éleva bráchium tuum su-
per Gentes, quæ cógitant
servis tuis mala : * Et
déktera tua glorificétur in
nobis. †. Allíde virtútem
eórum in virtúte tua ;

OR Joachim, le grand-prê-
tre, vint de Jérusalem
à Béthulie avec tous les
anciens, pour voir Judith.
Quand elle fut sortie au
devant de lui, tous la béni-
rent d'une seule voix, en
disant : « Tu es la gloire de
Jérusalem ; tu es la joie
d'Israël ; tu es l'honneur
de notre peuple ; car tu as
agi avec un mâle courage,
et ton cœur a été plein de
vaillance, parce que tu as
aimé la chasteté et qu'après
avoir perdu ton mari, tu
n'en as pas connu d'autre ;
c'est pour cela que la main
du Seigneur t'a fortifiée ;
c'est pour cela que tu seras
benie éternellement. » Et
tout le peuple dit : « Amen,
amen. »

℞. Seigneur Dieu, qui
arrêtez les guerres à leur
début, levez votre bras sur
les nations qui complotent
contre vos serviteurs : *
Et votre droite sera glo-
rifiée en nous. †. Brisez
leur puissance par votre

cadat robur eorum in iracundia tua. Et. Glória Patri. Et.

puissance; que leur force tombe sous votre colère. Et Gloire au Père. Et.

SAMEDI
LEÇON I

De libro Judith

Du livre de Judith

Chapitre 16, 22-31

Épilogue.

[Offrandes à Jérusalem.]

ET factum est post hæc, omnis pópulus post victóriam venit in Jerúsalem adorare Dóminum; et mox ut purificáti sunt, obtulérunt omnes holocáusta et vota et re-promissiónes suas. Porro Judith univérsa vasa bélica Holoférnis, quæ dedit illi pópulus, et conopéum, quod ipsa sustúlerat de cubili ipsíus, obtulit in anáthema obliviónis.

℞. Confórta me, Rex, Sanctórum principátum tenens : * Et da sermónem rectum et bene sonántem in os meum. √. Dómine, Rex univérse potestátis, converté consílium eorum super eos. Et.

IL arriva ensuite qu'après cette victoire tout le peuple se rendit à Jérusalem pour adorer le Seigneur; et aussitôt qu'ils furent purifiés, ils offrirent tous des holocaustes, et leurs vœux, et leurs promesses. Or Judith offrit toutes les armes d'Holoferne, que le peuple lui avait données, et le rideau qu'elle avait elle-même enlevé, en anathème d'oubli.

℞. Fortifiez-moi, ô Roi, qui détenez le commandement des Saints : * Et donnez à ma bouche la parole qui convienne et qui sonne juste. √. Seigneur, roi d'universelle puissance, faites retomber sur eux-mêmes leurs desseins. Et.

LEÇON II

[Célébrité de Judith.]

ERAT autem pópulus jucúndus secúndum faciém sanctórum; et per tres menses gáudium hu-

TOUT le peuple était dans l'allégresse en face des lieux saints; et pendant trois mois fut célébrée avec

jus victóriæ celebrátum est cum Judith. Post dies autem illos unusquisque rédiit in domum suam, et Judith magna facta est in Bethúlia et præclárior erat univérsæ terræ Israëli. Erat étiam virtúti cástitas adjúncta, ita ut non cognósceret virum ómnibus diébus vitæ suæ, ex quo defúnctus est Manásses vir ejus. Erat autem, diébus festis, procédens cum magna glória.

RV. Tribulatiónes civitátum audívimus, quas passæ sunt, et defécimus : timor et hebetúdo mentis cécidit super nos et super líberos nostros : ipsi montes nolunt recíperere fugam nostram : * Dómine, miserére. V̄. Peccávimus cum pátribus nostris, injúste égimus, iniquitátem fécimus. Dómine.

Aux Octaves simples et à l'Office de la Ste Vierge du Samedi : Glória Patri. Dómine.

LEÇON III

[Sa vieillesse et sa mort. Fête commémorative.]

MANSIT autem in domo viri sui annos centum quinque, et dimísit abram suam líberam, et defúncta est ac sepúlta

Judith la joie de cette victoire. Après ces jours de fête, chacun retourna chez soi ; Judith fut grande dans Béthulie, et elle jouit d'un grand renom dans tout le pays d'Israël. Elle joignit la chasteté au courage, en ne connaissant point d'homme, tout le reste de sa vie, depuis la mort de Manassès, son mari. Aux jours de fête, elle paraissait en public, avec grande gloire.

RV. Nous avons appris quelles tribulations avaient subies les villes, et nous nous sommes sentis défaillir ; la crainte et l'hébétement nous ont envahis, nous et nos enfants ; les montagnes elles-mêmes refusent de nous recevoir en notre fuite : * Seigneur, ayez pitié. V̄. Nous avons péché avec nos pères, nous avons agi injustement, nous avons commis l'iniquité. Seigneur.

ET elle demeura cent cinq ans dans la maison de son mari, et elle donna la liberté à sa servante. Elle mourut et fut inhumée auprès de

Daríum regem Persárum et Medórum, constituit prælia multa et obtíuit ómniúm munitiónes et interfécit reges terræ et pertránsiit usque ad fines terræ et accépit spólia multitudínis Géntium, et síluit terra in conspéctu ejus. Et congregávit virtútem et exercitum fortem nimis, et exaltátum est et elevátum cor ejus, et obtíuit regiónes Géntium et tyránnos, et facti sunt illi in tribútum. Et post hæc décidit in lectum et cognóvit quia morerétur et vocávit púeros suos nóbiles, qui secum erant nutriti a juventúte, et divisit illis regnum suum, cum adhuc viveret.

⌘. Adapériat Dóminus cor vestrum in lege sua et in præcéptis suis et fáciat pacem in diébus vestris : * Concédât vobis salútem, et rédimat vos a malis. †. Exáudiat Dóminus oratiónes vestras et reconciliétur vobis nec vos déserat in témpore malo. Concédât.

battu Darius roi des Perses et des Mèdes. Il livra de nombreux combats et s'acquitt beaucoup de places fortifiées et mit à mort les rois de la terre ; il poussa jusqu'aux extrémités de la terre et s'acquitt les dépouilles d'une multitude de nations, et la terre n'eut qu'à se taire devant lui. Il réunit alors des forces et une armée très puissante; et son ambition s'enfla encore, il se soumit des nations et leurs chefs, qui devinrent ses tributaires. Après toutes ces choses, il tomba sur sa couche et comprit qu'il allait mourir ; il convia alors les nobles jeunes hommes qui, depuis leur jeunesse, vivaient avec lui, et étant encore en vie, il leur divisa son royaume.

⌘. Que le Seigneur ouvre vos cœurs à sa loi et à ses commandements, et vous donne la paix durant votre vie : * Qu'il vous accorde le salut et vous rachète du mal. †. Que le Seigneur exauce vos prières, se réconcilie avec vous, et ne vous délaïsse pas aux jours mauvais. Qu'il vous accorde.

LEÇON II

[D'Alexandre à Antiochus Epiphane (175-164).]

ET regnâvit Alexânder annis duôdecim et môrtuus est. Et obtinuérunt pûeri ejus regnum, unusquísque in loco suo, et imposuérunt omnes sibi diadémata post mortem ejus, et filii eórum post eos annis multis. Et multiplicâta sunt mala in terra. Et éxiit ex eis radix peccâtrix, Antiochus illústris, fílius Antiochi regis qui fúerat Romæ ob ses, et regnâvit in anno centésimo trigésimo séptimo regni Græcórûm.

℞. Exâudiat Dóminus oratiónes vestras, et reconciliétur vobis nec vos désérat in tēpore malo * Dóminus, Deus noster. √. Det vobis cor ómnibus, ut colátis eum et faciátis ejus voluntátem. Dóminus.

ALEXANDRE régna douze ans, puis mourut. Ses officiers prirent alors possession du pouvoir, chacun en son lieu; tous prirent la couronne après sa mort, et leurs enfants après eux, cela durant de longues années. Les maux se multiplièrent alors sur la terre. Du sein de ces rois s'éleva une racine de péché, le fameux Antiochus, fils du roi Antiochus qui avait été à Rome, comme otage, et accéda au trône, en la cent trente-septième année du royaume des Grecs.

℞. Que le Seigneur exauce vos prières, qu'il se réconcilie avec vous, et ne vous délaisse pas aux jours mauvais, * Le Seigneur notre Dieu. √. Qu'il vous donne à tous un cœur prompt à le servir et à faire sa volonté. Le Seigneur.

LEÇON III

[Certains juifs abandonnent la loi et pactisent avec l'étranger.]

IN diébus illis exiérunt ex Israél filii iníqui et suasérunt multis dicétes : Eâmus et disponâmus testaméntum cum Géntibus, quæ circa nos sunt, quia, ex quo recéssimus ab eis, invenérunt nos multa mala. Et bonus visus est ser-

EN ces jours-là, sortirent d'Israél des fils impies qui en séduisirent un grand nombre en disant : « Allons et faisons alliance avec les nations qui nous entourent, car du fait que nous nous sommes séparés d'elles, des maux nombreux nous ont

mo in oculis eorum. Et destinaverunt aliqui de populo et abiierunt ad regem, et dedit illis potestatem ut facerent justitiam Gentium; et edificaverunt gymnasium in Jerosolymis secundum leges nationum et fecerunt sibi praputia et recesserunt a testamento sancto et juncti sunt nationibus et venundati sunt ut facerent malum.

℞. Congregati sunt inimici nostri, et gloriantur in virtute sua: contere fortitudinem illorum, Domine, et disperge illos: * Ut cognoscant quia non est alius qui pugnet pro nobis, nisi tu, Deus noster. †. Disperge illos in virtute tua, et destrue eos, protector noster, Domine. Ut. Gloria Patri. Ut.

atteints. » Et ce conseil leur parut bon. Ils députèrent donc quelques hommes du peuple qui allèrent trouver le roi. Celui-ci leur accorda pouvoir de suivre le droit des Gentils. Ils bâtirent donc un gymnase à Jérusalem, selon les lois des nations, ils abandonnèrent la circoncision et les prescriptions de l'alliance sainte, ils s'unirent aux nations et se vendirent pour faire le mal.

℞. Nos ennemis se sont rassemblés, et ils se glorifient de leur force; écrasez leur puissance, Seigneur, et dispersez-les, * Pour qu'ils sachent que nul autre ne combat pour nous, si ce n'est vous, notre Dieu. †. Dispersez-les dans votre puissance, et détruisez-les, vous qui êtes notre protecteur, Seigneur. Pour. Gloire au Père. Pour.

AU II^e NOCTURNE

LEÇON IV

Ex libro Officiorum
sancti Ambrósii
Episcopi

Du livre des Offices
de saint Ambroise
Evêque

Livre I, chap. 40

[La vaillance des armés dans l'Ancien Testament.

Josué, Gédéon, Jonathas.]

FORTASSE aliquos bellica defixos gloria tenet, ut putent solam esse præ-

PEU-ÊTRE quelques-uns sont-ils épris de la gloire des armes au point de pen-

liarem fortitudinem ; et ideo me ad ista deflexisse, quia illa nostris deforet. Quam fortis Jesus Nave, ut uno prælio quinque reges captos sterneret cum populis suis ! Deinde cum adversum Gabaonitas urgeret prælium, et vereretur ne nox impediret victoriam, magnitudine mentis et fidei clamavit : Stet sol, et stetit, donec victoria consummaretur. Gédeon in trecéntis viris de ingenti populo et acerbissimo hoste revexit triumphum. Jónathas adolescens virtutem magnam fecit in prælio.

⚔. Impetum inimicorum ne timueritis : memores estote quomodo salvifacti sunt patres nostri : * Et nunc clamemus in cælum et miserabitur nostri Deus noster. †. Mementote mirabilium ejus, quæ fecit pharaoni et exercitui ejus in Mari Rubro. Et.

ser que la valeur guerrière est la seule, et que j'ai évité d'en parler parce que cette vertu manquerait chez les nôtres. Quel vaillant, cependant, que ce Josué fils de Nun, qui, en un seul combat, réduisit en captivité cinq rois, avec leurs peuples. Puis, lorsqu'il mène l'assaut contre les Gabaonites et qu'il craint que la nuit n'empêche la victoire, le voici qui s'écrie dans la grandeur de son courage et de sa foi : « Arrête-toi, Soleil » ; et le soleil s'arrêta, jusqu'à ce que la victoire fût consommée. Gédéon, à la tête de trois cents hommes, revient triomphant d'un grand peuple, d'un ennemi cruel. Jonathas, un adolescent, montre un grand courage au combat.

⚔. Vous ne craignez pas l'assaut des ennemis : rappelez-vous comment ont été sauvés vos pères : * Et maintenant crions vers le ciel, et il aura pitié de nous, notre Dieu. †. Souvenez-vous des merveilles qu'il a faites contre le pharaon et son armée, à la Mer Rouge. Et.

LEÇON V

[Les Macchabées.]

QUID de Machabæis lo-
 quar? Sed prius de
 pópulo dicam patrum;
 qui cum essent paráti
 ad repugnándum pro tem-
 plo Dei et pro legítimis
 suis, dolo hóstium die la-
 cessíti sábbati, maluerunt
 vulneribus offerre nuda
 córpora, quam repugnare,
 ne violarent sábbatum.
 Itaque omnes læti se ob-
 tulérunt morti. Sed Ma-
 chabæi considerántes
 quod hoc exémplo gens
 omnis posset perire, sáb-
 bato étiam, cum ipsi in
 bellum provocaréntur, ul-
 ti sunt innocéntium ne-
 cem fratrum suórum. Un-
 de póstea stimulátus rex
 Antíochus, cum bellum
 accénderet per duces suos
 Lysiam, Nicánorem, Gór-
 giam, ita cum Orientá-
 libus suis et Assyriis at-
 trítus est cópiis, ut qua-
 dragínta et octo míllia in
 médio campi a tribus míl-
 libus prosterneréntur.

¶. Congregátæ sunt
 Gentes in multitudíne, ut
 dímicent contra nos, et

QUE dirai-je des Maccha-
 bées? Mais d'abord il
 me faut parler du peuple de
 leurs pères qui, prêts à
 répondre à l'attaque pour
 la cause du temple de Dieu
 et de ses droits, attaqués,
 par la félonie de leurs enne-
 mis, un jour de sabbat, pré-
 férèrent offrir leurs corps
 aux coups que de riposter,
 pour ne pas violer le sabbat.
 C'est ainsi que tous s'of-
 firent joyeux à la mort.
 Mais les Macchabées, con-
 sidérant qu'à suivre cet
 exemple toute la nation
 pouvait périr, ayant été à
 leur tour, encore un jour
 de sabbat, provoqués au
 combat, vengèrent le mas-
 sacre de leurs frères inno-
 cents. De là vint qu'ensuite
 le roi Antiochus, piqué au
 vif, ralluma la guerre par
 ses généraux Lysias, Nica-
 nor et Gorgias; mais avec
 ses soldats orientaux et
 assyriens, il fut encore
 écrasé à ce point que qua-
 rante-huit mille hommes
 restèrent sur le champ de
 bataille, battus par trois
 mille.

¶. Les nations se sont
 rassemblées en multitude
 pour nous faire la guerre,

ignorámus quid ágere debeámus : * Dómine Deus, ad te sunt óculi nostri, ne pereámus. ʒ. Tu scis quæ cógitant in nos : quómo potérimus subsistere ante fáciem illórum, nisi tu ádjuves nos? Dómine.

et nous ignorons ce que nous devons faire : * Seigneur Dieu, vers vous s'élèvent nos yeux, pour que nous ne périssons pas. ʒ. Vous savez ce qu'ils méditent contre nous : comment pourrons-nous subsister devant eux, si vous ne nous aidez? Seigneur.

LEÇON VI

[Eléazar.]

VIRTUTEM ducis Judæ Machabæi de uno ejus milite consideráte. Namque Eleázarus, cum supereminéntem céteris elephántem lorica vestitum régia advérteret, arbitrátus quod in eo esset rex, cursu cóncito in médium légionis se prorúpit : et, abjecto clypeo, utráque manu interficiébat, donec perveniret ad béstiam, atque intrávit sub eam, et subjécto gládio interémit eam. Itaque cadens béstia opprésit Eleázarum, atque ita mórtuus est. Quanta igitur virtus ánimi! primo, ut mortem non timéret; deínde, ut circumfúsus légionibus inimicórum, in confértos rapéretur hostes, médium penetráret agmen, et contéptá mor-

LA vaillance de leur chef, Judas Macchabée, considérez-la dans un de ses soldats. En effet Eléazar, ayant remarqué un éléphant qui dépassait tous les autres par sa taille, et qui était revêtu d'une armure royale, pensa que le roi le montait. En une course impétueuse, il s'élança en plein milieu de la légion; rejetant son bouclier, il combattit des deux mains jusqu'à ce qu'il parvint à la bête; il se glissa alors sous elle et la tua de son épée. Dans sa chute, la bête écrasa Eléazar; ainsi mourut ce brave. Quel courage! Tout d'abord, il ne craint pas la mort; ensuite, entouré de légions d'ennemis, il s'enfonce entre les rangs pressés de l'adversaire, il pénètre au centre même de la phalange; plus

te feróciór, abjécto clypeo, utrâque manu vulnerátæ molem béstiæ subíret ac sustinéret : post infra ipsam succéderet, quo plenióri feríret ictu ; cujus ruína inclúsus magis quam opprêssus, suo est sepúltus triúmpho.

Æ. Tua est poténtia, tuum regnum, Dómine : tu es super omnes gentes : * Da pacem, Dómine, in diébus nostris. ŷ. Créator ómnium, Deus, terríbilis et fortis, justus et miséricors. Da. Glória Patri. Da.

A Laudes, tous les Dimanches, jusqu'au V^e Dimanche de Novembre inclusivement. Hymne : *Ætérne rerum* comme au Psautier, p. 24.

indomptable que la mort qu'il méprise, il rejette son bouclier, se sert de ses deux mains pour se glisser sous la masse de la bête blessée, la soutenir et, une fois sous elle, la frapper d'un coup plus direct ; enfermé enfin sous la bête abattue plutôt qu'écrasé par elle, il est enseveli dans son triomphe.

Æ. A vous la puissance, à vous la royauté, Seigneur : vous dominez sur toutes les nations : * Donnez la paix, Seigneur, à nos jours. ŷ. Créateur de toutes choses, Dieu terrible et fort, juste et miséricordieux. Donnez. Gloire au Père. Donnez.

LUNDI

LEÇON I

De libro primo
Machabæórum

Du premier livre
des Macchabées

Chapitre I, 17-29

[Victoire d'Antiochus en Égypte.]

ET parátum est regnum in conspéctu Antíochi, et cœpit regnáre in terra Ægypti, ut regnáret super duo regna, et intrávit in Ægyptum in multitudíne gravi, in cúrribus et elephántis et

LE royaume (de Syrie) fut mis à la disposition d'Antiochus, et il entreprit de régner sur l'Égypte, afin de dominer sur deux royaumes ; il entra donc en Égypte avec une multitude imposante, des chars et des

equitibus et copiosa nāvium multitudīne, et constituit bellum advērsus Ptolemæum regem Ægypti, et vēritus est Ptolemæus a faciē ejus et fugit, et ceciderunt vulnerāti multi, et comprehendit civitatēs munitas in terra Ægypti et accēpit spōlia terræ Ægypti.

Ὶ. Dixit Judas Simōni fratri suo : Elige tibi viros et vade, libera fratres tuos in Galilæam ; ego autem et Jónathas frater tuus ibimus in Galaadīm : * Sicut fūerit volūntas in cælo, sic fiat. Ὶ. Accingimini, filii potētes, et estōte parāti : quōniam mēlius est nobis mori in bello, quam vidēre mala gentis nostræ et sanctōrum. Sicut.

LEÇON II

[A son retour, il pille le temple.]

ET convertit Antiochus, postquam percūssit Ægyptum in centésimo et quadragésimo tertio anno, et ascēdit ad Israël. Et ascēdit Jerosólýmam in multitudīne gravi et intrāvit in sanctificatiōnem cum supērbia et accēpit altāre āureum et candelābrum lūminis et univērsa vasa ejus et mensam pro-

éléphants, des cavaliers et une grande multitude de navires, et il attaqua Ptolémée, roi d'Égypte. Ptolémée fut pris de crainte en face de son ennemi et prit la fuite, de nombreux blessés tombèrent, et Antiochus s'empara des places fortes de l'Égypte et mit la terre d'Égypte au pillage.

Ὶ. Judas dit à Simon, son frère : Choisis-toi des hommes et va, libère tes frères en Galilée ; moi et ton frère Jonathas, nous irons en Galaad, * Selon la volonté du ciel, ainsi soit-il fait. Ὶ. Équipez-vous, fils vaillants, et soyez prêts : car il est meilleur pour nous de périr au combat que de voir les maux de notre nation et des saints. Selon.

ANTIOCHUS revint, après avoir vaincu l'Égypte, en l'an cent quarante-trois, et il marcha contre Israël. Il assaillit Jérusalem avec une multitude puissante, entra dans le sanctuaire avec orgueil et s'empara de l'autel d'or, du chandelier de la lumière, avec tous ses ustensiles, de la table des pains de proposition, des

positiónis et libatória et phíalas et mortarióla áurea et velum et corónas et ornáméntum áureum, quod in fácie templi erat, et commínuit ómnia.

Ry. Ornavérunt fáciem templi corónis áureis, et dedicavérunt altáre Dómino : * Et facta est lætítia magna in pópulo. y̅. In hymnis et confessiónibus benedicébat Dóminum. Et.

Aux Octaves et aux Fêtes simples : Glória Patri. Et.

LEÇON III

[Deuil d'Israël.]

ET accépit argéntum et aurum et vasa concupiscibília et accépit thesáuros occúltos, quos invénit, et, sublátis ómnibus, ábiit in terram suam et fecit cædem hóminum et locútus est in supérbia magna, et factus est plancus magnus in Israël et in omni loco eórum, et ingemuérunt príncipes et senióres, vírgines et júvenes infirmáti sunt, et speciósitas mulierum immutáta est. Omnis marítus sumpsit láméntum, et quæ sedébat in thoro maritáli lugébat, et commóta est terra super habitántes in ea, et univérsa

calices et des coupes, des patènes d'or, du voile, des couronnes et de l'ornement d'or qui se trouvait sur la façade du temple, et mit tout en pièces.

Ry. Ils ornèrent la façade du temple de couronnes d'or, et dédièrent l'autel au Seigneur, * Et le peuple était dans une grande joie. y̅. Ils bénissaient le Seigneur par des hymnes et des acclamations. Et.

IL prit encore l'argent et l'or, les vases précieux et tous les trésors cachés qu'il découvrit ; enfin, emportant tout, il retourna en son pays, il massacra beaucoup d'hommes et parla avec une insolence insigne. Ce fut alors grand deuil en Israël et en tous les lieux où des Israélites résidaient : les princes et les anciens se lamentèrent, les vierges et les jeunes gens perdirent force et courage, les femmes perdirent leur beauté. Les époux entonnèrent une lamentation, et l'épouse sur la couche nuptiale se répandit en pleurs ; la terre fut ébranlée pour ceux qui

domus Jacob induit confusionem.

℞. In hymnis et confessionibus benedicébat Dóminum, * Qui magna fecit in Israël, et victóriam dedit illis Dóminus omnipotens. †. Ornavérunt faciém templi coronis áureis, et dedicavérunt altáre Dómino. Qui. Glória Patri. Qui.

l'habitaient, toute la maison de Jacob fut en confusion.

℞. Par des hymnes et des acclamations ils bénissaient le Seigneur, * Qui a fait de grandes choses pour Israël, et il leur a donné la victoire, le Seigneur tout-puissant. †. Ils ornèrent la façade du temple de couronnes d'or, et dédièrent un autel au Seigneur. Qui. Gloire. Qui.

MARDI

LEÇON I

De libro primo
Machabæórum

Du premier livre
des Macchabées

Chapitre 2, 1-10

[Mathathias et ses fils.]

IN diébus illis surréxit Mathathias filius Joánis, filii Simeónis, sacerdos ex filiis Jóarib ab Jerúsalem et consédit in monte Modin. Et habébat filios quinque, Joánem, qui cognominabátur Gaddis, et Simónem, qui cognominabátur Thasi, et Judam, qui vocabátur Machabæus, et Eleázarum, qui cognominabátur Abaron, et Jónathan, qui cognominabátur Apphus. Hi vidérunt mala quæ fiébant in pópulo Juda et in Jerúsalem.

EN ces temps-là, se leva Mathathias fils de Jean, fils de Siméon, prêtre de la lignée de Joarib originaire de Jérusalem, et qui s'établit à Modin. Il avait cinq fils : Jean surnommé Gaddis, Simon surnommé Thasi, Judas surnommé Macchabée, Eléazar surnommé Abaron, et Jonathan surnommé Apphus. Ils virent le mal qui se faisait dans le peuple de Judas et dans Jérusalem.

℞. Hic est fratrum amátor et pópuli Israël : * Hic est, qui multum orat pro pópulo et universa sancta civitate Jérusalem. √. Vir iste in pópulo suo mitíssimus apparúit. Hic est, qui.

℞. Voici celui qui aime ses frères et le peuple d'Israël : * Voici celui qui prie beaucoup pour le peuple et pour toute la sainte cité de Jérusalem. √. Cet homme s'est montré très doux envers son peuple. Voici celui.

LEÇON II

[Désolation de Mathathias.]

ET dixit Mathathias : **E** Væ mihi! ut quid natus sum vidére contritiónem pópuli mei et contritiónem civitátis sanctæ et sedére illic, cum datur in mánibus inimicórum? Sancta in manu extranéorum facta sunt, templum ejus sicut homo ignóbilis, vasa glóriæ ejus captiva abducta sunt, trucidáti sunt senes ejus in platéis, et júvenes ejus ceciderunt in gládio inimicórum. Quæ gens non hereditávit regnum ejus et non obtínuit spólia ejus?

ET Mathathias dit : **E** « Malheur à moi! Pourquoi donc suis-je né pour voir l'écrasement de mon peuple et l'écrasement de la cité sainte et rester là oisif, pendant qu'elle est livrée aux mains des ennemis? Son sanctuaire est aux mains des étrangers, son temple est comme un homme déshonoré, les vases qui faisaient sa gloire ont été emportés comme butin, ses vieillards ont été massacrés dans les rues, et ses jeunes gens sont tombés sous l'épée des ennemis. Quel est le peuple qui n'a pas eu sa part de son royaume ou reçu de ses dépouilles? »

℞. Tu, Dómine universórum, qui nullam habes indigéntiam, volústi templum tuum fieri in nobis ; * Conserva domum istam immaculátam in ætérnum, Dómine. √. Tu

℞. Vous, Seigneur de toutes choses, qui n'avez aucune indigence, vous avez voulu que votre temple soit parmi nous : * Conservez cette maison dans une pureté perpétuelle, Sei-

elegisti, Dómine, domum istam ad invocándum nomen tuum in ea, ut esset domus oratiónis et obsecratiónis pópulo tuo. Consérva.

Aux Octaves et aux Fêtes simples : Glória Patri. Consérva.

LEÇON III

[Ordre d'apostasier : attitudes diverses.]

ET scidit vestiménta sua Mathathías et filii ejus et operuérunt se ciliciis et planxérunt valde. Et venerunt illuc qui missi erant a rege Antíocho, ut cogerent eos qui confúgerant in civitátem Modin, immolare et accéndere thura et a lege Dei discédere, et multi de pópulo Israël consentientes accessérunt ad eos, sed Mathathías et filii ejus constánter steterunt.

℣. Aperi óculos tuos, Dómine, et vide afflictiónem nostram : circumdedérunt nos Gentes ad puniéndum nos : * Sed tu, Dómine, exténde bráchium tuum, et libera ánimas nostras. √. Afflige oppriméntes nos et contuméliam faciéntes in superbíam ; et custódi partem tuam. Sed. Glória Patri. Sed.

gneur. √. Seigneur, vous avez choisi cette maison pour que votre nom y soit invoqué, pour qu'elle soit à votre peuple une maison de prière et de supplication. Conservez.

ALORS Mathathias et ses fils déchirèrent leurs vêtements, se revêtirent de sacs et menèrent grand deuil. Des envoyés du roi Antiochus vinrent alors, pour s'efforcer de contraindre ceux qui s'étaient enfuis à Modin, à immoler et à brûler de l'encens et à se détourner de la loi de Dieu. Un grand nombre d'Israélites y consentirent et se rallièrent à eux, mais Mathathias et ses fils demeurèrent fermes.

℣. Ouvrez les yeux, Seigneur, et voyez notre affliction ; des peuples nous ont entourés pour nous punir : * Mais vous, Seigneur, étendez votre bras, et délivrez nos âmes. √. Frappez ceux qui nous oppriment et nous outragent orgueilleusement, et gardez ceux qui sont vôtres. Mais vous. Gloire au Père. Mais vous.

MERCREDI

LEÇON I

De libro primo
Machabæorum

Du premier livre
des Macchabées

Chapitre 2, 19-30

[Mathathias refuse d'apostasier.]

ET respóndit Mathathias et dixit magna voce: Etsi omnes Gentes regi Antiocho obédiunt, ut discédât unusquisque a servitúte legis patrum suórum et conséntiat mandátis ejus, ego et filii mei et fratres mei obediémus legi patrum nostrórum. Propítius sit nobis Deus, non est nobis útile relínquere legem et justitias Dei: non audiémus verba regis Antiochi nec sacrificábimus transgrediéntes legis nostræ mandáta, ut eámus áltera via.

⚔. Refúlsit sol in clypeos áureos, et resplendúerunt montes ab eis: * Et fortitúdo Géntium dissipáta est. †. Erat exercitus magnus valde et fortis: et appropriávit Judas et exercitus ejus in prælio. Et.

ET Mathathias prit la parole et dit d'une voix éclatante: « Quand même tous les peuples du roi Antiochus obéiraient à ses ordres, moi, mes fils et mes frères, nous obéirons à la loi de nos pères. Que Dieu nous soit propice! il ne nous est pas utile d'abandonner sa loi et ses préceptes. Nous n'obéirons pas au roi Antiochus; nous ne sacrifierons point, pour ne pas transgresser les commandements de notre loi et marcher dans une autre voie. »

⚔. Le soleil a lui sur les boucliers d'or, et les montagnes ont resplendi de leur éclat, * Et la force des Gentils a été abattue. †. Car leur armée était très nombreuse et forte, et Judas s'en est approché avec son armée, pour le combat. Et.

LEÇON II

[Il tue un Juif apostat.]

ET, ut cessávit loqui verba hæc, accéssit

COMME il venait de prononcer ces paroles, un

quidam Judæus in ómnium óculis sacrificare idólis super aram in civitate Modin secúndum jussum regis. Et vidit Mathathias et dóluit, et contremuérunt renes ejus, et accensus est furor ejus secúndum judícium legis, et insiliens trucidávit eum super aram. Sed et virum quem rex Antiochus miserat, qui cogébat immolare, occídit in ipso tempore et aram destrúxit et zelátus est legem, sicut fecit Phinees Zamri filio Salómi.

ꝛ. Ornavérunt faciém templi coronis áureis, et dedicavérunt altáre Dómino : * Et facta est lætítia magna in pópulo. ŷ. In hymnis et confessionibus benedicébant Dóminum. Et.

Aux Octaves et aux Fêtes simples : Glória Patri. Et.

LEÇON III

[Il entraîne les Juifs dans le désert.]

ET exclamávit Mathathias voce magna in civitate dicens : Omnis qui zelum habet legis státuens testaméntum éxeat post me. Et fugit ipse et filii ejus in montes, et reliquérent quæcúmque habébant in civitate. Tunc de-

Juif s'avança aux yeux de tous, pour sacrifier aux idoles sur l'autel de Modin, selon l'ordre du roi. Mathathias le vit, et en fut pénétré de douleur, et sa colère s'alluma selon l'esprit de la loi ; il se précipita et tua l'homme sur l'autel. Il tua aussi l'envoyé du roi Antiochus, qui était venu contraindre les gens à sacrifier, renversa l'autel, défendant jalousement la loi, à l'exemple de Phinéès qui tua Zamri, fils de Salomi.

ꝛ. Ils ornèrent la façade du temple de couronnes d'or, et dédièrent l'autel au Seigneur. * Et le peuple était dans une grande joie. ŷ. Ils bénissaient le Seigneur par des hymnes et des acclamations. Et le peuple.

ALORS Mathathias parcourut la ville en criant d'une voix éclatante : « Qui-conque a le zèle de la loi et garde l'Alliance, qu'il sorte de la ville et me suive. » Lui et ses fils s'enfuirent alors dans la montagne, abandonnant tout ce qu'ils

scendérunt multi quæréntes iudícium et justítiam in desértum. Et sedérunt ibi ipsi et filii eórum et mulseres eórum et pécora eórum, quóniam inunda-vérunt super eos mala.

✠. In hymnis et confes-siónibus benedicébant Dó-minum, * Qui magna fe-cit in Israël, et victóriam dedit illis Dóminus om-nípotens. ✧. Ornavérunt fáciem templi corónis áu-reis, et dedicavérunt al-táre Dómino. Qui. Glória Patri. Qui.

possédaient dans la cité. Et un grand nombre de Juifs zélateurs du droit et de la justice descendirent au désert et y demeurèrent, eux, leurs fils, leurs femmes et leurs troupeaux, à cause des maux qui les accablaient.

✠. Par des hymnes et des acclamations ils bénissaient le Seigneur, * Qui a fait de grandes choses en Israël, et il leur a donné la victoire, le Seigneur tout-puissant. ✧. Ils ornèrent la façade du temple de couronnes d'or, et dédièrent un autel au Seigneur. Qui. Gloire au Père. Qui.

JEUDI

LEÇON I

De libro primo
Machabæórum

Du premier livre
des Macchabées

Chapitre 2, 49-69

[Discours de Mathathias mourant.

Nos pères nous prêchent la confiance en Dieu.]

ET appropinquavérunt dies Mathathíæ moriéndi, et dixit filiis suis : Nunc confortáta est superbia et castigátio et tempus eversiónis et ira indignatiónis. Nunc ergo, o filii, æmulatóres estóte legis et date ánimas ves-

QUAND Mathathias vit app-rocher le temps de sa mort, il dit à ses fils : « L'orgueil et la violence ont grandi, voici le châ-timent et le temps de ruine, de colère et d'indignation. Maintenant donc, ô mes fils, soyez des zélateurs de

tras pro testaménto patrum vestrórum et mementóte óperum patrum, quæ fecérunt in generatióibus suis, et accipiétis glóriam magnam et nomen ætérnum. Abraham, nonne in tentatióne invéntus est fidélis, et reputátum est ei ad justítiam? Joseph in témpore angústia suæ custodívit mandátum, et factus est dóminus Ægypti; Phínees pater noster zelándo zelum Dei accépit testaméntum sacerdotií ætérni.

℞. Adapériat Dóminus cor vestrum in lege sua et in præcéptis suis et fáciat pacem in diébus vestris : * Concédát vobis salútem, et rédimat vos a malis. †. Exáudiat Dóminus oratiónes vestras et reconciliétur vobis nec vos déserat in témpore malo. Concédát.

la loi et donnez vos vies pour l'Alliance de vos pères ; souvenez-vous des œuvres qu'ils ont accomplies de leur temps et vous recevrez une grande gloire et un nom immortel. Abraham n'a-t-il pas été trouvé fidèle dans l'épreuve, et cette fidélité ne lui a-t-elle pas été imputée à justice? Joseph, au temps de son angoisse, observa les commandements, et il devint le maître de l'Égypte. Phinéès, notre père, dévoré du zèle de Dieu, reçut l'alliance du sacerdoce éternel.

℞. Que le Seigneur ouvre vos cœurs à sa loi et à ses commandements, et vous donne la paix durant votre vie : * Qu'il vous accorde le salut et vous rachète du mal. †. Que le Seigneur exauce vos prières, se réconcilie avec vous, et ne vous délaisse pas aux jours mauvais. Qu'il vous accorde.

LEÇON II

JESUS, dum implévit verbum, factus est dux in Israël; Caleb, dum testificátur in ecclésia, accépit hereditátem; David in sua misericórdia consecútus est sedem regni in sæcula; Elías, dum zelat

JOSUÉ, pour avoir accompli la parole, est devenu chef en Israël. Caleb, pour avoir témoigné au milieu de l'assemblée, a reçu sa part d'héritage. Élie, enflammé par le zèle de la foi, a été élevé au ciel. Ana-

zelum legis, recéptus est in cælum; Ananías et Azariás et Mísaël credentes liberáti sunt de flamma; Dániel in sua simplicitáte liberátus est de ore leónum; et ita cogitáte per generatióem et generatióem, quia omnes qui sperant in eum non infirmántur. Et a verbis viri peccatóris ne timuérítis, quia glória ejus stercus et vermis est: hódie extóllitur et cras non inveniétur, quia convérsus est in terram suam, et cogitatio ejus périit.

ꝛ. Exáudiat Dóminus oratióes vestras, et reconciliétur vobis nec vos désérat in témpore malo * Dóminus, Deus noster. ŷ. Det vobis cor ómnibus, ut colátis eum et faciátis ejus voluntátem. Dóminus.

Aux Octaves et aux Fêtes simples : Glória Patri. Dóminus.

LEÇON III

[Simon commandera la nation et Judas l'armée.]

Vos ergo, filii, confortámini et viríliter ágite in lege, quia in ipsa gloriósi éritis. Et ecce Simon frater vester, scio quod vir consílii est: ipsum audíte semper, et ipse erit vobis pater; et

nias, Azarias et Misaël ont été sauvés des flammes pour leur foi; Daniel, pour sa droiture, sauvé de la gueule du lion. Considérez donc qu'il en a été ainsi d'âge en âge: ceux qui espèrent en lui ne perdent pas leur force. Et ne redoutez pas les paroles de l'homme pécheur; sa gloire est ordure et vermine; il se dresse aujourd'hui et demain on ne le trouvera plus; il est retourné à sa terre, et ses desseins ont péri.

ꝛ. Que le Seigneur exauce vos prières, qu'il se réconcilie avec vous, et ne vous délaisse pas aux jours mauvais, * Le Seigneur, notre Dieu. ŷ. Qu'il vous donne à tous un cœur prompt à le servir et à faire sa volonté. Le Seigneur.

Vous donc, mes fils, soyez fermes et agissez virilement selon la loi, car c'est en elle que vous aurez votre gloire. Voici votre frère Simon; je le sais homme de conseil, écoutez-le toujours, il sera pour

Judas Machabæus fortis
 vřibus a juventúte sua sit
 vobis princeps militiæ et
 ipse aget bellum pópuli,
 et adducétis ad vos omnes
 factóres legis et vindicáte
 vindíctam pópuli vestri,
 retribúite retributiónem
 Géntibus et inténdite in
 præcéptum legis. Et bene-
 díxit eos et appósitus est
 ad patres suos.

℞. Congregáti sunt ini-
 míci nostri, et gloriántur
 in virtúte sua : cóntere
 fortitúdinem illórum, Dó-
 mine, et dispérge illos : *
 Ut cognóscant quia non
 est álius qui pugnet pro
 nobis, nisi tu, Deus nos-
 ter. †. Dispérge illos in
 virtúte tua, et détrúe eos,
 protéctor noster, Dómine.
 Ut. Glória Patri. Ut.

vous un père. Quant à Ju-
 das Macchabée, plein de
 force dès sa jeunesse, qu'il
 soit le chef de votre troupe
 et c'est lui qui conduira la
 guerre du peuple. Adjoi-
 gnez-vous tous ceux qui
 observent la loi et prenez
 en main la vengeance de
 votre peuple. Châtiez les
 nations et appliquez-vous
 aux commandements de la
 loi. » Il les bénit et fut
 réuni à ses pères.

℞. Nos ennemis se sont
 rassemblés, et ils se glori-
 fient de leur force ; écrasez
 leur puissance, Seigneur, et
 dispersez-les, * Pour qu'ils
 sachent que nul autre ne
 combat pour nous, si ce
 n'est vous, notre Dieu. †.
 Dispersez-les dans votre
 puissance, et détruisez-les,
 vous qui êtes notre protec-
 teur, Seigneur. Pour. Gloire
 au Père. Pour.

VENDREDI

LEÇON I

De libro primo
 Machabæórum

Du premier livre
 des Macchabées

Chapitre 2, 70 ; 3, 1-3, 5-12

[Éloge de Judas Macchabée.]

DEFUNCTUS est Matha-
 thías anno centésimo
 et quadragésimo sexto et

MATHATHIAS mourut, l'an
 cent quarante-six, et
 ses fils l'ensevelirent dans

sepúltus est a filiis suis in sepúlcris patrum suórum in Modin, et planxérunt eum omnis Israël planctu magno. Et surréxit Judas, qui vocabátur Machabæus, fílius ejus pro eo, et adjuvábant eum omnes fratres ejus et univérsti qui se conjúnxerant patri ejus et præliabántur prælium Israël cum lætítia. Et dilatávit glóriam pópulo suo, et persecútus est iníquos perscrútans eos et, qui conturbábant pópulum suum, eos succéndit flammis, et repúlsi sunt inimíci ejus præ timóre ejus, et omnes operárii iniquitátis conturbáti sunt, et dirécta est salus in manu ejus.

RV. Impetum inimicórum ne timuéritis : mémores estóte, quómodo salvi facti sunt patres nostri : * Et nunc clamémus in cælum, et miserébitur nostri Deus noster. V. Mementóte mirabílium ejus, quæ fecit Pharaóni et exercítui ejus in Mari Rubro. Et.

LEÇON II

[Sa victoire sur Apollonius.]

ET exacerbábat reges multos et lætificábat Jacob in opéribus suis, et

le tombeau de leurs ancêtres à Modin. Et tout Israël le pleura, dans un grand deuil. Son fils Judas, surnommé Macchabée, se leva à sa place, assisté de tous ses frères et de tous ceux qui s'étaient joints à son père, pour combattre joyeusement le combat d'Israël. Il étendit au loin la gloire de son peuple. Il poursuivit les méchants, les faisant rechercher, et livrant aux flammes ceux qui avaient opprimé son peuple. Ses ennemis furent repoussés par la crainte qu'ils avaient de lui, et tous les ouvriers d'iniquité furent troublés. Le salut était entre ses mains.

RV. Vous ne craignez pas l'assaut des ennemis : rappelez-vous comment nos pères ont été sauvés. * Et maintenant crions vers le ciel, et il aura pitié de nous, notre Dieu. V. Souvenez-vous des merveilles qu'il a faites contre le pharaon et son armée à la Mer Rouge. Et.

ET il irrita beaucoup de rois et réjouit Jacob par ses exploits ; sa mé-

in sæculum memória ejus in benedictióne, et perambulávit civitátes Juda et pérdidit impios ex eis et avértit iram ab Israël et nominátus est usque ad novíssimum terræ et congregávit Apollónius Gentes et a Samaría virtútem multam et magnam ad bellándum contra Israël. Et cognóvit Judas et éxiit óbviám illi et percússit et occídit illum, et cecidérunt vulneráti multi, et réliqui fugérunt. Et accépit spólia eórum et gládium Apollónii ábstulit Judas et erat pugnans in eo ómnibus diébus.

R. Congregátæ sunt Gentes in multitudíne, ut dímicent contra nos, et ignorámus quid ágere debeámus : * Dómine Deus, ad te sunt óculi nostri, ne pereámus. **V.** Tu scis quæ cógitant in nos : quómodo poterimus subsístere ante faciém illórum, nisi tu ádjuves nos ? Dómine.

moire sera en bénédiction à jamais. Il parcourut les villes de Juda, en extermina les impies, et détourna d'Israël la colère. Son nom retentit jusqu'aux extrémités de la terre. Il rassembla ceux qui périssaient. Alors Apollonius rassembla des troupes païennes et une armée forte et nombreuse, partant de Samarie pour combattre Israël. Judas l'ayant appris se porta à sa rencontre, le battit et le tua. Il y eut un grand nombre de blessés ; les autres prirent la fuite. Judas s'empara de leur butin et emporta le glaive d'Apollonius, dont il se servit toujours depuis.

R. Les nations se sont rassemblées en multitude, et nous ne savons que faire : * Seigneur Dieu, vers vous se lèvent nos yeux, pour que nous ne périssions pas. **V.** Vous savez ce qu'ils méditent contre nous : comment pourrons-nous subsister devant eux, si vous ne nous aidez ? Seigneur.

Aux Octaves et aux Fêtes simples : Glória Patri. Dómine.

LEÇON III

Ibid., 25-28

[Antiochus lève une armée contre Judas.]

ET cédidit timor Judæ ac fratrum ejus et formido super omnes gentes in circûitu eorum ; et pervénit ad regem nomen ejus, et de præliis Judæ narrábant omnes gentes. Ut audivit autem rex Antiochus sermónes istos, irátus est ánimo et misit et congregávit exercitum univérsti regni sui, castra fórtia valde, et apéruít ærárium suum, et dedit stipéndia exercítui in annum et mandávit illis, ut essent paráti ad ómnia.

℞. Tua est poténtia, tuum regnum, Dómine : tu es super omnes gentes : * Da pacem, Dómine, in diébus nostris. √. Créátor ómnium, Deus, terríbilis et fortis, justus et miséricors. Da. Glória Patri. Da.

LA crainte de Judas et de ses frères et la terreur tombèrent alors sur tous les peuples d'alentour. Sa renommée vint aux oreilles du roi, et tous les peuples parlaient des victoires de Judas. A entendre ces rumeurs, le roi Antiochus entra en grande colère, il réunit une armée levée sur tout son royaume, fortifia beaucoup ses camps, et, ouvrant ses trésors, donna à ses troupes la solde d'une année, leur ordonnant de se tenir prêtes à tout.

℞. A vous la puissance, à vous la royauté, Seigneur : vous dominez sur toutes les nations : * Donnez la paix, Seigneur, à nos jours. √. Créateur de toutes choses, Dieu terrible et fort, juste et miséricordieux. Donnez. Gloire au Père. Donnez.

SAMEDI

LEÇON I

De libro primo
Machabæorum

Du premier livre
des Macchabées

Chapitre 3, 42-60

[Premiers revers. Courage de Judas, consternation des Juifs.]

ET vidit Judas et fratres ejus quia multiplicata

JUDAS et ses frères, voyant que la situation empi-

sunt mala et exercitus applicabant ad fines eorum, et cognoverunt verba regis, quæ mandavit populo facere in interitum et consummationem, et dixerunt unusquisque ad proximum suum : Erigamus dejectionem populi nostri et pugnemus pro populo nostro et sanctis nostris. Et congregatus est conventus, ut essent parati in prælium et ut orarent et peterent misericordiam et miserationes. Et Jerusalem non habitabatur, sed erat sicut desertum : non erat qui ingrederetur et egrederetur de natis ejus, et sanctum conculcabatur, et filii alienigenarum erant in arce : ibi erat habitatio Gentium, et ablata est voluptas a Jacob, et defecit ibi tibia et cithara.

17. Refulsit sol in clypeos aureos, et resplenderunt montes ab eis : * Et fortitudo Gentium dissipata est. 18. Erat exercitus magnus valde et fortis : et appropriavit Judas et exercitus ejus in prælio. Et.

rait et que les armées ennemies se pressaient à la frontière, sachant que le roi avait donné ordre de massacrer et d'en finir, se dirent entre eux : « Relevons notre peuple abattu, luttons pour lui et pour nos lieux saints. » L'assemblée se réunit pour se préparer au combat, pour prier et implorer la pitié et la miséricorde. A Jérusalem personne n'habitait plus ; c'était comme un désert ; aucun de ses enfants n'allait ni ne venait dans la ville ; le sanctuaire était foulé aux pieds, et des étrangers occupaient la citadelle. Là était la demeure des Gentils, la joie de Jacob était abolie, plus de jeux de flûte ou de cithare.

17. Le soleil a lui sur les boucliers d'or, et les montagnes ont resplendi de leur éclat, * Et la force des Gentils a été abattue. 18. Car leur armée était très nombreuse et forte, et Judas s'en est approché avec son armée, pour le combat. Et.

LEÇON II

[A Maspha, jeûne et prière.]

ET congregati sunt et venerunt in Maspha contra Jerúsalem, quia locus orationis erat in Maspha ante in Israëli, et jejunaverunt illa die et induerunt se ciliciis et cinerem imposuerunt capiti suo et disciderunt vestimenta sua et expanderunt libros legis, de quibus scrutabantur Gentes similitudinem simulacrorum suorum, et attulerunt ornamenta sacerdotalia et primitias et decimas et suscitaverunt Nazaræos, qui implerant dies, et clamaverunt voce magna in cælum dicentes : Quid faciemus istis et quo eos ducemus? Et sancta tua conculcata sunt et contaminata sunt, et sacerdotes tui facti sunt in luctum et in humilitatem, et ecce nationes convenerunt adversum nos, ut nos disperdant : tu scis quæ cogitant in nos. Quomodo poterimus subsistere ante

S'ÉTANT rassemblés, ils s'en vinrent à Maspha, face à Jérusalem, parce qu'il y avait autrefois, à Maspha, un lieu de prière pour Israëli. Ils jeûnèrent ce jour-là, se revêtirent de sacs et se couvrirent la tête de cendres. Ils déchirèrent leurs vêtements et déployèrent les livres de la loi que les païens scrutaient pour y trouver quelque chose de semblable à leurs idoles. Ils apportèrent les ornements sacerdotaux, les prémices et les dîmes, et firent venir des Naziréens qui avaient accompli le temps de leurs vœux¹. Et ils crièrent d'une voix forte vers le ciel, disant : « Que ferons-nous pour ces hommes et où les conduirons-nous? Votre sanctuaire est foulé aux pieds et souillé, vos prêtres sont dans le deuil et l'humiliation, et voici que les nations sont réunies contre nous pour nous anéantir ;

1. A l'expiration de ce temps, les Naziréens devaient faire une offrande dans le temple.

fáciem eórum, nisi tu,
Deus, ádjuves nos ?

✠. Ornavérunt fáciem
templi corónis áureis, et
dedicavérunt altáre Dó-
mino : * Et facta est lætí-
tia magna in pópulo. ✠. In
hymnis et confesiónibus
benedicébant Dóminum.
Et.

Aux Octaves simples et à l'Office de la Sainte Vierge,
le Samedi : Glória Patri. Et.

LEÇON III

[L'armée s'organise au sud d'Emmaüs.]

ET tubis exclamavérunt
voce magna. Et post
hæc constituit Judas du-
ces pópuli, tribúnos et
centuriónes et pentacon-
tárchos et decuriónes, et
dixit his, qui ædificábant
domos et sponsábant uxó-
res et plantábant véneas
et formidolósus, ut redírent
unusquísque in domum
suam secúndum legem. Et
movérunt castra et collo-
cavérunt ad Austrum Em-
maum. Et ait Judas : Ac-
cingimini et estóte filii
poténtes et estóte paráti
in mane, ut pugnétis
advérsus nationes has,
quæ convenérunt advér-

vous savez ce qu'ils médi-
tent contre nous. Comment
tiendrons-nous contre eux
si vous ne nous aidez, Sei-
gneur ? »

✠. Ils ornèrent la façade
du temple de couronnes
d'or, et dédièrent l'autel au
Seigneur. * Et le peuple
était dans une grande joie.
✠. Ils bénissaient le Seigneur
par des hymnes et des accla-
mations. Et.

ILS sonnèrent des trom-
pettes, à grand éclat,
puis Judas établit les chefs
du peuple, tribuns, centu-
rions, chefs de cinquante et
de dix, et dit à ceux qui
bâtissaient des maisons, qui
étaient en épousailles, ou
qui plantaient des vignes,
ainsi qu'aux craintifs, de
s'en retourner chez eux,
selon la loi. Ensuite l'armée
se mit en marche et alla
camper au sud d'Emmaüs.
Judas leur dit alors : « Cei-
gnez vos reins et prenez
courage et soyez prêts,
demain matin, à combattre
contre ces nations qui se
sont assemblées pour nous

sus nos dispèrdere nos et sancta nostra ; quóniam mélius est nos mori in bello, quam vidère mala gentis nostræ et sanctórum. Sicut autem fúerit volúntas in cælo, sic fiat.

✠. In hymnis et confesiónibus benedicébant Dóminum, * Qui magna fecit in Israël, et victóriam dedit illis Dóminus omnipotens. †. Ornavérunt fáciem templi corónis áureis, et dedicavérunt altáre Dómino. Qui. Glória Patri. Qui.

perdre, nous et notre sanctuaire ; car il vaut mieux pour nous mourir dans la bataille, que de voir le malheur de notre peuple et de notre sanctuaire. Mais comme le ciel voudra, qu'il en soit ainsi. »

✠. Par des hymnes et des acclamations, ils bénissaient le Seigneur, * Qui a fait de grandes choses en Israël, et il leur a donné la victoire, le Seigneur tout-puissant. †. Ils ornèrent la façade du temple de couronnes d'or, et dédièrent l'autel au Seigneur. Qui. Gloire au Père. Qui.

AUX VÊPRES

†. Vespertína orátio ascéndat ad te, Dómine. ✠. Et descéndat super nos misericórdia tua.

Ad Magnif. Ant. Refúlsit sol * in clypeos áureos, et resplenduérunt montes ab eis : et fortitúdo Géntium dissipáta est.

†. Que la prière du soir monte vers vous, Seigneur. ✠. Et que descende sur nous votre miséricorde.

A Magnif. Ant. Le soleil a lui sur les boucliers d'or, et les montagnes ont resplendi de leur éclat, et la force des Gentils a été abattue.

Oraison du Dimanche occurrent.

*Ô Marie conçue sans péché,
priez pour nous qui avons recours à vous!*

Les 20 premières pages de ce PDF donne un aperçu de la qualité, *bonne ou mauvaise*, de l'édition papier. La qualité dépend du livre original dont nous nous sommes servi pour produire le fac-similé (*texte numérisé*).

Il est possible de commander l'édition papier à prix abordable en visitant le site :

canadienfrancais.org

Plusieurs autres livres sont également disponibles sur le même site, toujours à prix abordable.

Cet ouvrage est dans le domaine public.

Année 2020
canadienfrancais.org